



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephi Mariae Svaresii, Episcopi Vasionensis, Praenestes
Antiqvae Libri Dvo**

Suarès, Joseph Marie

Romae, 1655

Liber Secvndvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11894

IOSEPHI MARIAE SVARESII

EPISCOPI VASIONENSIS

PRAENESTES

ANTIQUAE

Liber Secundus.



*Roma Sancti Petri, & Pontificum Ma-
ximorum Sedes electa
diuinitus.*

CAPVT PRIMVM.



REGNUM Romanum, quod in
Rempubliam conuersum, ad
Monarchiam, denuo redactum
fuit, per octo ferè saecula Deus
Optimus Maximus praeparauit,
& adactum victorijs, opibusque
ditatum varijs ditionibus adiun-
ctis propagauit; imò Regna quamplurima vno con-
foederauit, atque contesserat Imperio, vt citò
per-

O

Ser. 7. de Na-
tal. Apost.

1. 18. de Ciu.
Deic. 27.

2. 2. q. 174. ar.
6. & ibi Caie-
tanus.

S. Auguf.
C. Perron.
in Conc. ad
3. fiat.

pfal. 92.

eleg. 5. lib. 2.

peruios haberet populos fidei Christianæ persuasio; & lux veritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur salutem, se ab ipso capite per totum Mundi corpus effunderet, quemadmodum docuit Sanctissimus Papa Leo. Hinc Thomas Doctor Angelicus Diuinum Augustinum sequutus obseruauit prophetiam ab Esaia scribi cœptam, quo tempore condita fuit Vrbs Roma, ab Esaia inquam, qui μεγαλοφώνος, & potius Euangelista, quam propheta videtur, quia sub florentissimo Romæ Imperio Christus Dominus secundum oracula prophetica in orbem terrarum veram doctrinam inuecturus erat. Decuit, siquidem simul incipere scripturam, & Imperium, cui scriberetur. Israëlita, nempe gens scriptura non indigebat, sed Romana, quæ à Christo adiuuanda, & beanda erat. Quamobrem scriptura prophetica, & Roma simul exortæ sunt.

Nec enim ob eximias tantum virtutes, & Heroica facinora ciuium, Deus Romam cæteris excellere, atque dominari Urbibus voluit; verum etiam quia sedem illam adornabat Vicario suo, quem mundo imperaturum constituerat, iuxta vaticinium editum à Rege Psalte, dum sacro afflatus spiritu cecinit: *Parata sedes tua ex tunc, vtq;* ita reliquæ gentes affluetæ Romanum venerari nomen, quod fatale terris regendis asseruit Poeta Tibullus, Romanam quoque Religionem libentiùs amplecterentur, colerent propensius, & retinerent firmitus. Ea verò fuit semper Romani nominis magnitudo, & veneratio, vt illud Vrbes, & Prouinciæ omnes regnatrices sibi ambitiosè, ac vltro adscriberent, & vsurparent. Sic Roma noua Constantinopolis, & Thracia Romania, sic Aquileia Roma altera, sic Arelate Roma Gallula, & Augustodunum Roma Celtica, (vt alias omit-

omittam) vocabantur. Idquè contigit etiam, postquam Roma capta, direpta, & excisa fuit à Barbaris. Etenim quæ victrix terrarum, & domina fuerat, cuius iugo populi omnes colla submisserant, & spolia, prædaque fuerant, populorum omnium spoliū, ac præda tandem exstitit. Mox Deo suauiter omnia disponente illi, qui potissimum ipsam varijs attritam cladibus vastarant, atque diruerant, quasi poeniteret eos operis tam admirandi labefactati, & destructi, summa illud ope reparare, aggressi prisorum Romanorum memoriam litteris mandando, resquè abs illis præclarè, fortiterque gestas cum domi, tum foris, atque immania ædificia passim excitata eleganter delineando, & ad amussim describendo, Romam solidiùs, & feliciùs instaurarunt. Quia præterea Religionis fuit domicilium Roma, & pietatis armamentarium, vbi semper asseruatum fuit diligentissimè fidei Christianæ depositum, vbi tot Sanctorum virorum sanguine proprio effuso pro Christi nomine purpuratorum gloriosa pignora quiescunt, & signis admirabilibus clara coluntur, maximus toto ex orbe concursus factus est certatim ad illam illustrandam magis, ac magis, & ad sacra Principum Apostolorum inuisenda limina variarum gentium Imperatores, & Reges vndeque confluere cœperunt, impletumque fuit luce clarius effatum Esaiæ: *Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum, qui detrahebant tibi,* teste Francisco Petrarcha ante annos CCC. Scitè Sanctus Thomas Aquinas laudat sermonem Ephesini Concilij, seu, quam Theodotus Episcopus Ancyrae habuit, homiliam in Natali Saluatoris nostri Iesu, quæque lecta fuit in Ephesina Synodo, in qua dicitur. Si

cap. 61.

l. 2. ep. fenil.

part. 3. q. 35. art. 7.

p. 3. Concil. p. 597. & 621.

Christus patriam sibi ciuitatem delegisset maximam Romam, potentia ciuium demutasse orbem terrarum, & ad Christi cultum traduxisse putaretur; si filius fuisset Imperatoris, potestati humanæ ea res adscribi posset. Sed vt Diuinitas cognosceretur orbem transformasse terrarum, pauperulam elegit matrem, & pauperiorem patriam. Eligit autem, 2. ad Cor. 2. Deus infirma mundi, vt confundat fortia (vt testatur Apostolus,) & ideò vt suam potestatem magis ostenderet in ipsa Roma, quæ caput mundi erat, etiam caput Ecclesiæ suæ statuit in signum perfectæ victoriæ secundum illud Esaiæ: *Ciuitatem sublimem humiliabit, & conculcabit eam pes pauperis, scilicet Christi, & gressus egenorum, id est, Apostolorum Petri, & Pauli, quorum trophæa ibi statuit, vt exinde fides in vniuersum mundum deriuaretur.* cap. 26.

Ad hanc igitur Imperij arcem vindex noster Iesus Christus designauit Petrum, quem appellare possumus Regem sacrorum. Et certè Romæ Regibus expulsis Regium nomen translatum ad Pontificem è patribus electum portendebat Regnum Urbis, & Orbis ad Pontifices Maximos sacrorum præfides transferendum; Petrum (inquam) cui præmium confessionis, & amoris detulerat cum cæli clauibus Ecclesiæ vniuersæ clauum, & Apostolorum principatum. paruit Christo, & accinxit se Petrus itineri, & quia præfecerat Hierosolymitanæ Ecclesiæ Iacobum, præfecit Antiochenæ, in qua septennio subsederat, Euhodum, diùque peregrinatus feliciter, & salutariter circumiit Siciliam, mox oram Campaniæ legens Neapolim appulit, ibique tinxit sacro Baptismate Candidam, & Asprenem; ac Fanum Apollinis in Ecclesiam vertit, hodieque Thom. Costa p. 1. 2. hist. Neap. p. 119. Padronanza di S. Frances. di Paula Neap. p. 3. ibi Monasterium amplissimum exstat, & Sancti Petri

tri

tri ad aram nuncupatur, quia in ara inibi erecta sacrum incruentum Sanctus Petrus obtulerat. illiq; anno Christi MCCCXXXVI. præerat Abbas Ordinis Sancti Augustini. Inde vi ventorum delatus ad portum Liburnum Pisas conscendit, illicque ordinato Petrino Episcopo sacris etiam operatus est exstructo altari ad Arni ripam, quod cum Ecclesia, quæ adhuc visitur, & Sancti Petri ad gradus dicitur, Clemens Petri successor solemnè deinde ritu consecrauit. Gradus autem vocabantur pontes ad Littora, vel ad fluminum ripas constructi, vnde naues commodiori conscenderentur ingressu, & ad quos appellerent. vt explicat Surita in Itinerarium, vbi Antoninus meminit gradus Massylitanorum, à quo per fluuium Rhodanum Arelatum, vsque numerat passuum millia XXX. At Ammianus Rhodanum Gallico mari per patulum sinum ad gradus concorporari scribit XVIII. ab Arelate lapide, ac etiamnum ostia Rhodani appellantur ab accolis. Gras auctore Merula. Hinc ad Gradus vocitatur insula sita in sinu Hadriatici maris propè ostium Natisonis, ad quam Paulus Aquileiensis Patriarcha metuens Longobardorum barbariem confugit thesauris Ecclesiæ deportatis, & in qua deinde scissus in duos à Romanis Patriarchatus constitutus fuit, cum in vetere quoque Aquileia retineretur à Langobardis, qui postea Lupum Ducè Foroiulensem sequuti deprædati sunt ipsam Insulam equestri exercitu perstratam, quæ antiquitùs per mare facta fuerat (sic loquitur Paulus Diaconus,) & superscriptos thesauros abstulerunt. Sanctus quidem Chrysogonus Martyr Christi securi percussus est ad aquas Gradatas Diocletiano Augusto Aquileiæ commorante. Sed vt è semita regrediamur in viam, & ad Sanctum

Pe-

Mirrus de
cap. vindel.
p. 36.
Bened. 12.
Bull.
Ciac. tom. 2.
vit. pontif.
Card Bar. ad
7. c. 44. in an-
nal.
De Spina tr.
de strigib. vi-
uian.
De iur. patr.
Gentil. Epif.
Aretin. in or.
pro Florent.
ad Alex. 6.
Const. Caiet.
in vit. Gel. 2.
p. 115.
In itin. An-
tonin. comm.
p. 650.
lib. 15. hist.
p. 35.
p. 2 Cosmoge
l. 3. q. 5. p. 3.

Paul. Diac. de
gest. Langob.
p. 1138. 1160.
& 1172.

Ado in Mar-
tyrol. 6. Kal.
Dec.

Petrum redeamus . metam ille demum peregrinationis Romam peruenit , & ingressus est die xv. Kal: Februar., seu xviii. Ianuarij, in quam incidit feria vi. dum Claudius Cæsar imperaret, iamque annos duos, menses iii. exegisset siue anno XLIV. à Christi Natali (sunt qui XLV. putent.)

Fr. Balduin.
in ll. Romu-
li p. 13.
Crisp. in l. r.
xij. tab.
lib. de spect.
1. Const. 96.
dist. apud
Gratian.

S. Leo Papa
55. ll.

Hom. 5. de
SS. Apost. Pe-
tro, & Paulo.

Petron. Arbit.
p. 12.

Quæ autem Vrbs erat ἐπιτομή τῆς Διοσδαμονίας, (vt quidam è Christianis scriptoribus illam appellarat, & Tertullianus adnotarat conuentus in ea Dæmoniorum confedisse, curiamque Deorum vocarat Capitolium, id est Idolorum) esse coepit ἐπιτομή δ' εὐσεβείας, καὶ ὁρθοδοξίας, & quæ sedes Imperij eadem sedes Ecclesiæ diuino nutu euasit, inque septem illis collibus, in quibus septem vitia grassata fuerant, oriri coepit Christianæ Religionis, & septem Sacramentorum iubar, atque auctoritas Ecclesiastica præfulsit. *Nata quippe Vrbs ad imperandum, vt omnibus panè dominabatur gentibus, ita omnium gentium seruebat erroribus. His ergo Petrus mendacis philosophiæ contriuit, & dissoluit opiniones, hic perduellium Dæmonum vanissimos cultus confutauit, hic nefandam sacrilegiorum impietatem destruxit, vbi diligentissima superstitione habebatur collectum, quidquid vsquam fuerat vesanis præstigijs institutum: vt vbi caput erat falsitatis, caput quiesceret sanctitatis, & vbi gentilium Principes habitabant, illic Ecclesiarum Principes morarentur, vti Sanctus Maximus Taurinensis Episcopus eloquutus est. Exclamare profectò Romæ iure licebat, quod impudenter gloriabatur impuritas, ipsam Urbem tam præsentibus plenam esse numinibus, vt faciliùs posset quis Deum, quàm hominem inuenire; erat ibi proh pudor! silva simulacrorum, & copiosissimus populus statuarum, teste*
Caf.

Cassiodoro, & Idola Deorum, siue statuae septuaginta tres mille numerabantur, harum verò fragmentis, qui à Belisario in Hadriani sepulcro collocati milites Urbem tuebantur, validè, strenuèque vibratis, & coniectis Gothos repulerunt, vti narrat Procopius, ita fractæ, atque comminutæ, ac abiectæ Romanis vtiliores fuere, quàm integræ, erectæ, atque cultæ, nihil enim tunc profuerant, iuxta fabulam Aesopicam; quin potiùs statim atque concisa, dissectaque sunt inania illa falsorum numinum simulacra, Sanctus Petrus veri Dei certus, ac supremus Vicarius à Romanis iam agnitus, & inuocatus tutelam Urbis suscepit, & sese murorum debiliorem partem defensurum ad *πύλιδα πικιδώνν*, vsque pollicitus fidem datam luculenter exsoluit, & præstitit, vt ipse Procopius est auctor; Videant ergo, & maturiùs expendant Græci, ac Eoi populi, qui à Romanâ sese tam leuiter, & pertinaciter auerterunt Ecclesia, illam quasi Occiduam despicientes, cum tamen Christus moribundus ad eam se vertirit, & inclinato capite spiritum emittens direxerit innuens ipsam à se constitui Petro, eiusque successoribus, qui vices suas gererent: *Mansutam in sacula sedem*. E qua sacrorum iura peterent quicumque Christiano censentur nomine, & cum qua totus Orbis commercio Formatarum in vna communionis societate concordaret, Videant (inquam) & ad Sancti Petri niueas caulas, atque ad piæ, benignæque matris sinum conuertantur.

Tertull. l. 1.
c. 12. adu. nat.
ibiq. Gotho-
fred. e plin.
p. 122.

Maiol. to. 2.
canicul. diar.

lib. 1. de bell.
Goth. p. 200

fab. 128.

Molan. c. 4.
hist. fac. imag.
e Sedulio, Be-
da, Io: Dama-
sceno, Hesse-
lio Montano.

Optat. l. 2.
p. 48.



A San-

*A Sanctis Petro, & Paulo Euangelium
Christi Praenestæ disseminatum, &
Episcopum constitutum fuis-
se comproba-
tur.*

CAPVT II.

Arnob. 1. 2.
adu. Gent.

Lactant. 1. 4.
instit. c. 20.

Clem. 1. 6.
Const. Apof.
c. 8.

Greg. Turon.
p. 1. hist. c. 25.

Tertull. 1. 4.
de Baptismi.

oprat. 11.

Acta S. Mar-
tial. in Cod.
Later.

Bosius Rom.
Subter. p. 26.

Martyrol.
Rom. & ibi
Card Baron.
19. Ianuar. &
20. Iunij.



VM igitur Princeps, & Corypheus
Apostolorum Petrus Christianam
fidem in Vrbe Orbis Principe
docuisset populorum turmas eru-
diens in Vaticano, & veridicus
Simon Magicis fallacis Simonis
artibus discussis non iam in mari
Tiberiadis pisces captans retibus, sed expiscans ho-
mines hamo Verbi Diuini, & illiciens esca veritatis
in Tiberi quamplurimos sacro Baptismate abluisset,
& in domo Pudentis ad Thermas Nouati, siue in Vi-
co Patricio ad radicem collis Viminalis, & in Tran-
stiberina regione, vbi synagoga Iudæorum erat;
cumque firmissima fundamenta iecisset Ecclesiæ re-
liquarum magistræ quæ mox tantum excreuerunt
in molem, noluit intrâ Urbis moenia continere præ-
conium Euangelij, sed in vicina excurrens oppida,
virosque pietate insignes ad longinqua delegans, il-
lud longè, latèque propagauit, & quasi pomœrium
protulit, dum Episcopos per diuersa loca LIII. ordi-
nauit, seu potius Episcopales sedes LIII. funda-
uit, & erexit, Antistites ibi constituens, vel mittens.

In

In Sicilia quidem Insula, quæ quia modico freto abs Italia diuiditur, inter continentes Prouincias, quæ nempe Italiae sunt coniunctæ, ab Vlpiano censetur, & pars Italiae existimatur, Tauromenij Pancratium, siue Maximum, Syracusis Marcianum, Catanæ Berryllum vel ordinauit, vel destinauit. in Narbonense Prouincia, quæ continens etiam dicitur Italiae, Zachariam Viennæ (licet Paulo Apostolo tribuat Ioannes à Bosco) Trophimum Arelatæ, Aphrodisium Biterris; & ne commemorem quos in Gallias, & Germanias, quosque in Hispanias direxit ad Euangelium disseminandum, & quos vniuersum per Orbem terrarum instituit, in Italia Barnabam præfecit Mediolani, Hermagoram Aquileiæ, posteaquam Marcum legasset Alexandriam, Rauennæ Apollinarem, Neapoli Asprenem, siue Asprenatem, cuius superius memini, Capuæ Priscum, Lucae Pandinum, Veronæ Eupropium, Patauio Prosdocium, Ticino Syrum, inque regionibus suburbanis Terracinæ Epaphroditum, Aequicolis populis Marcum alium ab Euangelista superscripto, Nepæ Prolemæum, & Fefulis Romulum, aliosque alibi, quos percensere nimis longum esset.

Conijcere verò licet haud incertis argumentis Sanctum Petrum Prænesten quoque adijisse, vt vbi Fortuna tam supersticiosè colebatur, Diuinam prouidentiam assereret, & religiosè promulgaret. Nam quæ perstat adhuc in summo Prænestini montis iugo Ecclesia Deo dicata est in honorem Beati Petri Apostoli, sicut & Monasterium situm in monte, qui Prænestinae Vrbi præeminet, vbi viros Dei memorat habitasse Sanctus Gregorius M. ad annum à Christo nato DC. qui ab his audiuit mira olim patrata, quæ, sicut & ipse retulit, mox subijciam. Ad-

P

huc

Martinet. de vic. patric. Card. Baron. ad an. 44. annal. Eccles. e Symeon Metaphr. Const. Caier. in præfat. ad Gel. 2. Clac. vit. Pöt. Ia. 2. §. continentes d. deo verb. signif. Martyr. Rom. 3. Apr. Card. Baron. ad 8. 44. & 45 in annal. ecc. Clac. in S. Petri. 1. Insula D. de Iudic. 1. Antiq. m. f. Viennæ. & Martyr. Antiq. Vien. ep. Epif. Arelat. ad S. Leonem pp. Card. Baron. in Martyrol. Galefin. & Maurol. ad 4. Iun. Niceph. 1. 2. eccl. hist. c. 35 Ferrar. in Topogr. ss. mart. Synaxarium, & Menolog. m. f. Coriol. in Breuiar. Concil. Card. Baron. in notis ad Martyrol.

lib. 3. Dialog. c. 23.

Torrig. Crisp.
Vatic.

In Apol. pro
Synodo.

Anast. Bibl.
ex eoque Tor-
rig. in m. f.

Torrig. Crisp.
Vatic.

Seueram. de
7. Eccl.

huc ea in Ecclesia imago Sancti Petri, seu statua colitur instar illius, quæ in Basilica Vaticana ex ære perstat, siue illam Leo M. e Iouis Capitolini æneo simulacro conflatam posuit ob repressum Attilam anno Salutis CCCCLIII. Et verò Symmachum Primum tutatus Ennodius exclamat (*de veteri Tonante noua meritò vascula preparantur*) siue Honorius Primus Papa, qui tegulas æneas è templo Romuli sustulit, & his Basilicam suprascriptam contexit anno à Virginis partu DCXXVI. siue Gregorius Secundus, ad quem cum Leo Isauricus Imperator scripisset: *Romam mittam, & imaginem Sancti Petri confringam*, respondit: *si quempiam ad evertendam imaginem Sancti Petri miseris, vide, protestamur Tibi, innocentes sumus à sanguine, quem susuri sunt, verum in ceruices Tuas, & in caput Tuum ista recident*, exstat epistola Gregorij Secundi Græcè, ac Latinè in Tomis Conciliorum, quæ Romæ sunt edita. & videtur exarata ad annum DCCXXVI. Prænestinæ quippe imagini, siue statuae, quæ Sanctum Petrum refert, protenso pedi capita submittentes, & quasi succollantes incolæ, aduenæque Senatus Apostolici Principem eodem, quo Romæ, ritu venerantur. Suadet hunc Beati Petri aduentum Prænestinæ pietas Excellentissimæ Gentis Columnensis, quæ assiduum Heroum seminarium fuit, & è qua Christianæ Reipublicæ propugnatores innumerabiles prodierunt; illi etenim cum ipsorum in ditioe foret Præneste, Sancti Petri iudicio eam sortiebantur (si qua fides est adscribenda Ludouico Monaldesco Vrbeuetano auctori Annalium ab anno *Θεοφανίας* MCCCXXVII. conscriptorum, quem confictum quàm vereor, sed aliquid veri permistum commento nullus dubito, dum Stephani Columnensis meminit,

minit, cui nihil mirum (scribit) si Præneste obtigerit, quia cui Sanctus Petrus benedixerit, obuenire solebat sorti eius obnoxia, ad annum salutis MCCCXXXII. Traductę scilicet fuerant sortes impię in benedictionem piam per saluberrimam metamorphosim, & felicem commutationem. Vsitatę quidem illę apud Gręcos, & Romanos legitimę in hereditate diuidenda, quam ideò illi κληρονομίαν nuncuparunt, & in dubijs casibus, imò & temerę in magistratibus dandis, inque ducendis vxoribus vsurpatę; quin ipsi Hebręi res commiserunt sortibus, cum aliquid, si ex hominum arbitratu fieret, offensionem futurum credebatur esse, vel inuidię, siue cum sic esset res incerta vt humano consilio, & solertia explorari non posset, iuxta illud Prouerbium. Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur. Ita casus Achan super anathemate, ac Ionathę super melle deprehensi sunt, de sorte iacta pro Ionatha, qui fauam mellis degustarat, fusę Sanctus Ioannes Chrysostomus in Homilijs. Deus etiam infidelium hominum sortes à se regi docuit in Iona, & Aman, certę suborta procella circa Ionam ἔβαλον κλήρας miserunt sortes nautę, vt recenset etiam S. Ioannes suprascriptus de sorte ad iactandum in mare aliquem euectis, quoties incubisset tempestas, videndus Eustathius. Festum Hesther, seu Mardochei dicitur apud Hebręos Festum sortium Sigonio teste. Romani obseruabant in contiuuijs etiam omina, & sortes, vt prodit Lampridius. Sortes verò dicuntur proprię, quę non consilio, aut ratione produnt ea, quę sunt ambigua, sed casu tantum, atque fortuito, seu potius Dei nutu, fiuntque vel coniectu, vt cum quis talos iacit, vel eductu, cum ex vrna, vel sinu extrahuntur nomina, vel nota iam, & consti-

l. i. C. quand.
& quib. 4. p.
l. sed cum am
bo D. de iud.
l. generalit. s.
quis ergo D.
de fideiuss.
libert.

l. si quę sunt
D. de famil.
ercisc.
Plaut. in Ca-
sina.
Balduin. in S.
opt. instit. de
legat.

Prou. c. 16.
Iof. c. 7.
lib. i. Reg.
c. 14.

Ion. c. 1.
Hest. c. 3.
Homil. i. de
pœnit.

in amorib.
Ismen. lib. 11.
cum not.
Gaulmian.

l. 3. de Rep.
Hebr. c. 17.

Hist. Aug. ubi
Cafaub. &
Salmas.

c. 1. Actos. vbi
Sanctius.
lib. 1. paralip.
c. 24.

2. q. 95. ar. 8

tuta Symbola; & hoc modò Apostolos comperi, dum Sanctum Matthiam cooptarunt in Apostolicum Collegium, Diuinam voluntatem consuluisse eorum exemplo forsitan, qui sortes miserant ad familias, & vices sacerdotum diuidendas; sed cum postea Diuinus spiritus in Apostolos illapsus esset, inter ipsos, fidelesque ceteros sortium usum desijisse, ac exoleuisse obseruant Beda, & Sanctus Thomas, quamuis non desint qui sortes improprie, ac metaphoricè ibi accipiant pro modis, quibus obscura hominibus à Deo significantur, & declarantur, siue per instinctum internum, mentemque ab ipso immisam, & lucem, qua illuminati ad notitiam perueniunt, siue per signum visibile, quo quid fieri velit Deus ostendat, & opinantur huiusmodi sortem, seu signum visibile cecidisse super Matthiam, vt Apostolus eligeretur.

Ab Ecclesia quidem licet Cleri nomen, & Clericorum retineatur & probetur, quia Clerus, & Clerici sunt fors Domini, in eamque vocati, versanturque in eius funiculis, & Dominus illorum fors est, & pars hereditatis, tamen sortium vsus meritò fuit reiectus, & improbatus, & sortilegi condemnati fuerunt, vt superiori libro adnotaui, cum de Praenestinis sortibus dissererem; de quibus copiosius agunt Franciscus Polletus, Petrus Crinitus, & Polydorus Vergilius, qui distinguit illas in Humanas, & Diuinas; atque pereruditus Sirmondus.

1. 5. c. 7. Hist.
Fori Rom.
1. 22. c. 3. de
honest. disc.
1. 3. de 'pro. l.
in Sidon.
2. Acmejd.
1. 5. pareg.
iur. c. 22. ad c.
clot. dist. 21.

Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos.

Decantatur à Virgilio, vbi Seruius hæc addit, sorte ductus est, vt solet fieri, cum deest certus. de Clericis agunt Alciatus, & Cuiacius.

Milites, qui Christum Dominum crucifixere, vestes seu pallium quatuor in partes dissecuisset, ac inuicem diui-

diuifisse abs Euangeliftis difcimus, ſuper tunica ve-
 rō, quæ ἀρεός erat, & inconſutilis, ſortes miſſiſſe,
 ſiue micando digitis, ſiue alio genere ſortis, ar-
 guere iure licet falſi narrationem, quæ Prochori
 nomine circumfertur, cum in ea legatur, miſſas abs
 Apoſtoliſ ſortes ad Prouincias, & regionis Orbis ter-
 rarum fortiendas; Spiritus enim veritatis illos illu-
 ſtrabat, & dirigebat tam certè vt non egerent in-
 certarum ſortium ſubſidio. Scio quidem in Euan-
 geliorum, & Pſalterij Codicibus apertis, vt quid-
 que primò ſe ſubijceret oculis pro forte, atque ora-
 culi loco diù habitum apud aliquos Chriſtianos
 Rabbiorum æmulatores, atque Græcorum, qui
 ſelectos verſus Homericos, vel Virgilianos in pyc-
 cijiſ deſcriptos conijciebant in ſitulas, vt hiſ eductis
 forte ſucceſſus explorarentur, vel exarabant in ta-
 bula, vt talorum arbitrante alea Diuinitate perage-
 retur; aut acceptum temerè Homeri, ſiue Virgilij
 poema referabant, & è verſu, in quem primum in-
 currebant, omen captabant euentus, quem requi-
 ſierant. Verum à pijs omnibus Σιχομαγνίαι illæ fue-
 runt ſemper exploſæ, & videntur à Beato Petro in
 benedictionem certam conuerſæ hæ ſortes incertæ.
 Sic ſana Idolorum non deſtructa, ſed in Eccleſias
 redacta cum ſparſione aquæ benedictæ, fixo Crucis
 venerabili ſigno, & erectis altaribus, illatiſque Re-
 liquiſ ſanctorum, ſic in conuiuia caritatiua, & Aga-
 pas ſacrificia ſanguinolenta etiam apud Anglos de-
 mutata è Sancti Gregorij M. inſtituto in epiſtola,
 quam ad Mellitum Abbatem ſcripſit, direxitque
 vt Auguſtino Epifcopo porrigeretur. Sic ἑρμῆων,
 ſiue aceruorum Mercurij, & ſtatuarum Hecates, at-
 que Dianæ Triuiæ, ac Vibiliæ vice in Vijs, & Triuijs
 inſignia ſalutis humanæ ſigna nimirum Sacroſanctæ
 Cru-

æ c. 1. de vit.
 & hon. citr.
 Matth. 27.
 Marc. 15.
 Luc. 23.
 Ioan. 19. vbi
 Nonnus.
 Salmaf. in
 Vopiſc.
 in Tertull. de
 pallio.
 Eulenger. in
 Caſaul diat. 3
 de veſt. Pon-
 tif. c. 29.
 Lanoue l. 2.
 c. 143.
 Antig. de per.
 Eulenger. de
 ſortib. l. 2. c. 7.
 apud hiſt. ſa-
 cram.
 Laur. de la.
 Barra p. 1.
 hiſt. s. Ioanni
 s. Aug. l. 4 c. 3
 conf.
 Greg. Turon.
 p. 4. tuem 16.
 & l. 5. fo. 49.
 Greg. l. 3. te-
 nen. 4.
 Metaphraſt.
 de s. Cypr. &
 de s. Theodo-
 ra Alexandr.
 Caſaubon. in
 Hadrian.
 Spartian. p. 6.
 in Lamprid.
 Seuer. in.
 Claud. poll.
 Nicol. ad Bul-
 gar. Cedren.
 in Heracl.
 ſociat. in hi-
 ſtor. eccl.
 Raynulphi l.
 7. c. 6. polyc.

Zenar. & B-
gnat. in Ma-
crin. & Diog.
Fulgos. l. 1. i.
memorab.
Maiol. to. 2.
dier. canicul.
ep. 7. l. 9. Re-
gilt. s. Greg.
de fortibus in
libris consu-
le vitas. Au-
tonini, Agrip-
pinen.
Polydor. de
Inoesn. er.
serran l. de
y. eccl.
Jac. de Vora-
gin. c. 109. le-
ge aurea.
Ciac. n. 400.
sist. 3. vit.
Pont.
l. 4. antiq. Ro-
man. c. 12.
salmal. in He-
liogabal.
Lamprid.

sigebert. in
chron. ad 8.
c. 438. de Kal.
Aug. & Fl.
Blood. in Ro-
ma instaurat.

Crucis, & Eeatissimæ semper Virginis Deiparæ ve-
ræ *ὀδύνητας* substituta surrexerunt, sic litui Augu-
rales baculi à summo leuiter inflexi versi sunt in vir-
gas Pontificias; Iubileus annus successit Ludis sæcu-
laribus, omnium Sanctorum commemoratio Pan-
theo, ac Panhagijs, & Fidelium Defunctorum Fe-
ralibus sacris, atque Silicernijs. Sic Sanctorum ca-
nonizationes Diuorum consecrationibus, & Apo-
theosis, aliaque id genus; non possum tacitus
præterire Ludos, & Ferias Kal. Sextilibus, siue Au-
gusti ob Actiacam Victoriâ celebrari solitas in-
Festum diem Vinculorum Sancti Petri transijisse.
Cardinalis tamen Baronius omnes errare affirmat,
qui putant eas Kalendas Augusto consecratas; quæ
enim Equestrina certamina Kalendis Augusti, qui
dies est Natalis Claudij Imperatoris, exhiberentur,
instituta sunt, quod ea die consecrata sit ædes Mar-
ti, vti Rosinus etiam contendit. Iuuat & adscribere
Bibendi Regna, & Imperia, Saturnaliaque, & *Συμ-
ποσιας*, quæ sortibus conuiualibus ducebantur,
& in solemnitatem Epiphaniæ traductæ sunt pia cu-
ra Pontificum præsertim Romanorum, qui sensim
populos à profanis ritibus depulerunt, & auerterunt
indulgentes vt ab Ethnicis aliqua mutuarentur, ve-
lut abs Aegyptijs Israelitæ aurea vasa, & instar A-
pum, quæ amaris è floribus expressos delibant suc-
cos, & ex his mella dulcissima fingunt; imò quem-
admodum peritissimi Medici, qui venenatis è ser-
pentibus Theriacum excerpserunt præsentissimum
aduersus venena ipsa Antidotum. Elucet verò illa
pietas Principum Columnensium insuper in Petri
nomine toties repetito per nobilissima capita stirpis
tam memorabilis, à Petro illo, qui sub Paschale Se-
cundo Pontifice abs Historicis prædicatur. Roma-
nis

nis arcibus à Sancto Petro trophæum Crucis illatum fuisse disertè testatur eloquentissimus Antistitum Leo, at Prænestinam arcem à Floro dictam iam obseruauit. Quin & Sanctum Paulum in sacra ista expeditione mihi nefas videretur à Sancto Petro dissiungere, asseruabatur etenim Prænestina in Ecclesia ingentis pretij, fideique monumentum Crux ænea (si non prisca illa, saltem priscae vicaria) quam Sanctum Paulum prædicando seu concionando totum per Orbem gestasse fama erat, & inde translata Cornetum, ibi etiam visitur. At è Sancti Pauli duobus dentibus vnus Beneficio Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini Prænestæ restitutus rursus emicat argenteo in ferculo, quod auro superfusum, & Dynastarum Columnensium gentilitijs insignibus iam diu exornatum est. Superesse Corneti de offibus Sancti Petri Apostoli Præneste delatis liquet ex Indice Reliquiarum. Apostolica (scribit auctor Hierarchiæ subcœlestis nondum editæ typis) sedes dicitur quandoque Romana Ecclesia quia tam ipse Petrus, quam Coapostolus eius Paulus Romanum populum, & adiacentem fide, non tamen primò (vt hic ad Corinthios perscripsit) sed principaliter doctrina, & moribus instruxerunt, ibi Salmasius adiacentem populum explicuit Græcè *τὰ περιπολιτικὰ χωρία, τὰς ἐπὶ πόλιν χύρας, τὰς περὶ πόλιν ἰπαρχίας*, Anastasius Bibliothecarius vocitauit adiacentia loca, Suburbicarias etiam regiones Salmasius laudatus exponit Suburbana populi Romani, & subiacentia Castra rursus Anastasius. Has autem intra regiones, & castra quin Præneste comprehendatur quis inficias ire potest? cum XX. tantum ab Vrbe distita sit lapide, Tiburque suburbanum, & æstiuas Præneste delicias Florus denominet.

Serm. 55.

2. ad Cor. c. 1.
vbi glos. ord.

Nicol. de Lyra in ep. ad Roman.

Salmas. Euch.

l. 1. c. 21.

Hic-

In propemp.
lib. de subur-
bic. in præf.

S. Anacl. ep.
3. to. 1. Conc.
Conc. Flor.
to. 2. collat. 2.

Morin. in
exercit. eccl.

in ep. ad De-
cent. Episc.
Eugubinum.

lib. 1. ubi not.
Episc. Aurel.
Albaspinei.

l. 9. c. 201. Re-
gest.

optat. Mile-
nit. l. 1.

Hierarchiæ Ecclesiasticæ forma, & series à propa-
gatione Fidei Christianæ orta est, nec enim Eccle-
siasticæ, atque civiles dignitates vsquequaque sibi
consonant, neque Politico semper conforme repe-
ritur sacrum regimen, vti Sirmondus, & Aleander
Junior adnotauerunt, vnde non tam iura Regno-
rum quam sedium attenderunt patres. Fluxit au-
tem primariè à Sancto Petro tamquam à fonte sacra
omnis iurisdictio, Hinc tres tantum initio exstiterè
Patriarchicæ sedes, Romana nempe, cui Petrus po-
stremum insedit, & quam suo cruore in Europa
consecrauit; Antiochena, in qua primum ille sedit
in Asia; & Alexandrina in Africa, cui Marcum fi-
liolum, seu filium suum iustitiam, fidumque inter-
pretem preposuit, imò in qua Petrus ipse per Mar-
cum sedit. Certè Innocentius Primus à Beato Pe-
tro, aut abs eius successoribus in Italia, Gallijs, Hi-
spanijs, Africa, Sicilia, Insulisque interiacentibus
Ecclesias omnes institutas tradit, & Optatus Mile-
uitanus vocat Cathedram Carthaginensem, Cathedram
Petri, quia Petrus eam genuit, vt loquitur
Tertullianus, & Sedem Apostolorum Principis in
tribus locis vnus esse Sanctus Gregorius edixit.
Hæc omnia qui sedulo dispiciet, ac examinabit,
Beatum Petrum venisse Præneste, & fascino Ido-
latriæ obcoecatos ciues illuminasse ac à veneratio-
ne Fortunæ coeæ abduxisse, cultumque Dei viuen-
tis, atque videntis, cuius nutu iustissimo librantur,
& temperantur res omnes, persuasisse, atque ipsis
prefecisse sacrorum Præsulem, seu Episcopum faci-
lè dijudicabit. Eius tamen nomen intercidit, in-
tercidere quoque nomina successorum ad Secun-
dum vsque, qui Concilio Romano interfuit anno
à Virginis partu CCCXIII., & Melchiadi, seu Mil-
tiadi

radi Papæ assedit, siue id euenerit Tyrannorum
immani sæuitia, qui bacchati sunt in sacra etiam
monumenta, & codices ipsos sacros, instrumen-
taque Legis Diuinæ flammis abolere tentarunt; si-
ue modestia primæuorum fidelium, qui nomina
sua in libro vitæ, atque in coelis scribi, quàm mun-
do innotescere maluerunt; sciebant enim mortem
suam hic litteris etiam esse, nam ut accinit ille.
Mors etiam faxis, nominibusque venit.

Prudent. in
Hymno ss.
Hamiter, &c.

*De Sancto Agapito Martyre Præ-
nestæ.*

C A P V T III.



LATENT præterea quæcumque
à Christianis piè, fortiterque Præ-
nestæ gesta fuisse verisimile est, ex
quo S. Petrus ibi pedem fixit, vsq;
ad celeberrimum certamen, quod
pro Christi fide generosissimus
puer Agapitus intrepidè subijt
Consulibus Antiochiano, & Orfito, siue anno Vr-
bis conditæ MXXIII. à Christo nato CCLXXII. Au-
reliano Augusto Imperante sub Antiocho Præside,
seu Flauio ipso Antiochiano Præsfecto Urbis (Nam
sæpè Præsfecti Urbis Præsides appellantur in Marty-
rologijs, eorumque ditio ad centesimum ab Vrbe
lapidem protendebatur, vnde sacris in Historijs le-
guntur ipsorum sententia condemnati Martyres In-
teramnæ, & alibi) cum exarsisset aduersus Chri-
sti cultores persecutio nona (vt putat Sanctus Au-
gusti-

Panuin. in
Fast. Card.
Bellarmin. in
Chronolog.

Panuin. &
Contel. in
lib. præf. urb.

lib. 18. c. 32.
de Ciu. Dei.

Q

ser. 3. de pen-
tescofte.

Vopisc. in
Aurelian.

Martyrol.
Rom. Card.
Baron. Ado.
Beda, Vfuard.
Molan. Gale-
fin. Mauro-
lyc. Rosve.
Topogr. vet.
Petr. de Na-
tal. lib. 7. Ca-
talogi ff. Fer-
rar. innoua fl.
Topograph.

in Anthro-
polog.

Bulfenger. c. 8
de vest. pont.
sirmond. &
saur. in ep.
Sidonij 3. l. 6.
& 8. l. 7.
Lacerda. cap.
137. Aduerf.
facr. c. 6.
Martyrol.
Rom. 20. Au-
gusti.

§ Matth. c. 10
Orig. c. 32. in
Ioann.
Clem. Alex.
l. 4. Stromat.
Tertull. lib.
de fuga.
Coriolan. in
Breviar.
Chronol.

gustinus) aut octaua (secundum Sanctum Leonem) edicto Aureliani, qui eo anno x. Kal. Martias electus fuerat Augustus, & ferocior timeri malebat quam amari. Agapitus puer quindennis (quamuis illi per errorem Volaterranus XIV. tantum annos tribuat, alij verò XII.) feruens amore Christi, cui se obrulerat holocaustum, & ex asse deuouerat paternis abdicans se fortunis, indoluit auspicia noui principatus tam impia sauitia contaminari, & operæpretium ratus, si se murum pro Dei domo animosè opponeret, si flammæ diri furoris sanguine suo restingueret, aut saltem, Tyranni rabiem satiaret, utque fidei, constantiæque suæ specimen præbens alios fideles exemplo suo confirmaret obtestatus per coronam, siue (vt interpretor) per auctoritatem, ac dignitatem sacerdotalem Porphyrium hominem Dei, à quo fuerat in fide, atque doctrina Christi eruditus. (*Vltro, inquit, nos offeramus,*) & Imperatorem adire, deducereque à cruento, & iniquo cœpto decreuit Sancti Spiritus instinctu peculiari afflatus, nam alioqui disciplina prohibet ne quis se offerat, & Catholici parati quidem semper ad vitam pro fide profundendam, latebris tamen aut fuga se à persequentium crudelitate subducebant: iusta ratione vel ex Euangelij præcepto, nisi Spiritus Sancti Oeconomia impellerentur ad aliud. Miratur audaciam pueri sponte se sistentis, utque reuocaretur Edictum aduersus Christianos promulgatum suadentis Aurelianus Augustus, & vesanum, verbumque compellat. Sed Agapitus se non esse vesanum refert, quippe qui suam omnem spem in Christo Domino collocauit, interrogantique Aureliano de Natalibus, & ætate, se Christianum respondit, genere nobilissimo prognatum, & annum XV. inijsse,

Bulenger. c.
14. l. 2. de
Imp. Rom.
l. 13. D. de iu-
re iur. l. 2. C.
de reb. jcred.
l. 2. C. ad 5.
Iul. Maieft.
l. si quis ma-
ior C. de
transact.
suet. in Cali-
gul.
Terrull. c. 28.
Apolog.
Cafaub. in
Claud.
Sueton.
Alciat. c. 2. l.
4. difpunct.
Erafmi adag.
77. chil. 4. l.
qui per falu-
tem D. de iu-
re iur.
Cuiac. c. 7. l.
8. obferu. tac.
l. 2. §. 1. inftit.
de fideicom-
miff. hered.
Firmic. l. 1.
Mathef.
Lacerda ad-
uerf. fact. c.
186. nu. 1.
Bof. in paff.
5 Czçiliz.
Card. Baron.
in Martyrol.
21. Aug.
Notit Imper.
Occid.
Iuret. in ep.
56. symmac.
lib. 10.

bus inferatur ut fame pereat. Attalius, siue Anasta-
sius Cornicularius Christianæ fidei desertor, & per-
duellis interea pollicitus est Præfecto se persuasu-
rum puero ut sacrificaret. Iuravit Præfectus per
Iouem, perque Genium siue salutem inuictissimi
Principis, (quod solemne, ac grauissimum erat iu-
siurandum) id si præstaret fore ut ad Præfecturam
etiam eueheretur. Cornicularium autem vocatum
comperio illum, qui aderat maioribus Iudicibus,
dum iura reddituri publicè sedebant, & cornibus
secretarij proximè adstabat, cuique damnatorum
cura committebatur, inerat etiam ille quæstioni-
bus, reosque solebat alloqui, cum torquerentur,
& in officio Præfecturæ Urbanæ numerabatur. Per-
tentat igitur Attalius blandis sermonibus demulce-
re Agapitum iacentem in carcere, sed elata vsque
in coelum mente. *Recede (inquebat) Agapite à
Stultitia Tua, lita Dijs, &, ut quid vis in tormentis
mori? & perdere florem gratissima iuuentutis tuae? Ego
autem sicut & Tu Christianus eram, verum defeci, &
immolauit Dijs, ac modò sum Minister, & Dominus,
siue Dominicus.* Respuit sacrilegas voces Agapitus,
& horrescens perfidiam scelerati transfugæ. *Vides
me puerum (dixit,) in hac tenera nihilominus ætate
non insanio. Tu verò desipis (infelix) qui iam adul-
tus surda, muta que Idola humanis manibus efficta pro-
nus adoras, & Demonas malos derelicto vero, ac bono
Numine, atque mortalium liberatore Christo.* Insta-
bat Attalius frustrà, cum Præfectus opinatus (ut
homines quod volunt facillè credunt) Agapitum
forsitan Attalij alloquijs conuulsam, ac permotum
flecti posse, traducique faciliùs, iussit illum è carce-
re protractum exhiberi, dumque deduceretur, e-
missa est vox præconis: *Agapitum Deos blasphemantem*

tem

zom noui, exquisitisque supplicijs, & pœnis crucian-
 dum esse, vt magis, magisque perterreretur. Et ex
 more, quo illis, qui cædebantur, vel necabantur
 per præconem superdici solebat. *περπέτως μή ὄμνε;*
ἴσομοφαιτήσας; fumo punitur qui fumum vendidit;
 imposturam fecit, & passus est; Legatum Populi
 Romani homo plebeius temerè amplecti noli.
 Agnem sacrilegam Virginem Dijs blasphemiam in-
 ferentem scortum Lupanaribus datam. Deos bla-
 sphemare nolite. Pare Præsidi, & Dijs sacrifica-
 præpotentibus; Deos, Deasque blasphemare noli.
 vt stetit ante Præfectum pro Tribunali sedentem
 Agapitus, rogatur ab eo, satisne cogitauerit, anne
 constituerit ipsius amicus esse, cumque profanam
 Idolomaniam constanter auersaretur, imponi ar-
 dentes prunas eius capiti mandauit Præfectus, qui-
 bus ille veluti corona, seu Diademate gloriosè re-
 dimitus dixit. *Gloria Tibi Deus, qui me fecisti proba-*
ri, cœpitque psallere, propter Innocentiam Tuam sus-
cepisti me, & confirmasti me in conspectu Tuo in ater-
num. Iussit insuper Præfectus Agapitum flagellis
 cædi, at ille contempfit pœnas vt leues, & refrige-
 rari se iterum affirmavit, cum tortores ternis qua-
 ternionibus eum flagellis diuerberantes (siue duo-
 decim ita dispositi vt quaterni simul inuicem ter fi-
 bi succederent) palam edicerent: *Noli Præsidi fa-*
cere iniuriam, noli Deos blasphemare. Nec satis, fu-
 mum tetrum excitari Præfectus ingeniosus in tor-
 mentis præcipit, & Agapitum nudum capite deor-
 sum verso suspendi; dictum, factum, itaque suspen-
 so Agapito Præfectus insultans obloquitur: *Sapien-*
tia Tua, & vanitas Tua in fumo laborant, omnes
abeunt procul, nemini licet eum alloqui, nulli da-
tur ad eum accessus; exacto quatrinduo Attalius, siue
 Ana-

l. 13. D. de
 iureiur. Cu-
 iac. Bl.
 l. fustibus C.
 ex quib. caus.
 infam. iero-
 getur.
 Lamprid. in
 Ale.
 spartjan. in
 seuer.
 s. Ambros. in
 ser. 90.
 Acta s. Laur.
 & s. Ananix
 apud sur.
 Bosius in s.
 Cæcilia poff.
 Brasin. Chil.
 i. cent. 3. adag
 41.
 Cuiac. c. 3.
 l. 13. obf. iur.
 Nicer. Cho-
 niat. hist.
 Ioseph.
 Arrian.
 Plato.
 Petron.
 Suid.
 Zonar. 11.
 philin.

sanctius in
 c. 12. Aq. Ap.
 gloss. ordin.
 Lyran. Lacer
 da c. 32. n. 2.
 Aduers. sac.

Anastasius Cornicularius exploraturus an adhuc vi-
 ueret, ipsum adit, & solutum ab Angelo reperit, at-
 que deambulantem in veste candida, qui canebat:
*non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini,
 Transiui per ignem, & aquam, & eduxisti me Domine
 in refrigerium.* Admirabundus Anastasius renuntiat
 id Praefecto, cui etiam percunctanti quid opus fa-
 cto, Magnum Agapitum, Magnum Agapiti Deum
 à se agnosci, seque lubentissimè capitalem sententiam
 subiturum ne Sanctus, & iustus puer excru-
 ciaretur affirmat. Triumphante præ gaudio, Nu-
 minique agente gratias Agapito, Praefectus eò gra-
 uius excanduit, & vestibis scissis ita vociferatur!
*O Dij immortales cur vires vestras non exseritis, &
 ostenditis aduersus sacrilegum, & blasphemum? nec
 ulciscimini, quas vobis intulit, iniurias, Agapitus,
 (qui respondit) Cur sic irasceris? O Praefecte, Dis-
 que Tuis conuicia facis? An ignoras simulacris uti s-
 licibus sternendas esse vias, atque munienda compita
 quò lutum euitetur, & illa sic à prætereuntibus, atque
 à Teipso conterenda, cum Praefectus hoc responsum
 vix caperet, ab Agapito requirit, vnde illi tam ma-
 tura sapientia suppeteret in ætate tam acerba. At
 Agapitus regerit. Dominus, qui nouit omnium cor-
 da, scit quomodo credam in eum corde puro, illi ego as-
 siduas habeo gratias, & ipse de altis diuitijs, deque
 abyssis sapientiae suae riuulum etiam in me deriuare,
 scintillasque interdum diffundere dignatur. Praefe-
 ctus sciscitatur quis iste sit Dominus, auditque
 Deum esse admirabilem, virtute inuictum, cui ser-
 uiunt Angeli, famulantur Archangeli, qui coelum,
 terramque condidit è nihilo, mare, ac omnia, quæ
 in his sunt, cui coelestes Genij, fidelesque mortales
 iugi concentu psallunt. Haud tulit id Praefectus ca-
 ligans*

ligans ad Solis adeò fulgentis obtutum, iubet Agapitum spoliari rursùs, inque nudam aluum diffundi præferuidam, & bullientem aquam, atque accini Epiphonema: *Noli quasi puer multum verbosus esse, nec iniurias inferre Præfecto.* Verùm Agapitus ad milites. *Quid est (inquit) calidamnè aquam emisistis in corpus meum? putabam vos inspersisse frigidam, quia Dominus meus, propter quæ patior ista omnia, refrigerium mihi præstitit.* Hinc ad Præfectum conuersus. *Vel sic (ait) crede quia tormenta nihil me afficiunt.* Furit ad ista Præfectus, & imperat confringi maxillas eius, & dixit. *Nescis ante quem stas, & indisciplinatè loqueris;* Excipit Agapitus, *iam erubesco faciem Tuam sacrilegam intueri; Iure (subdit Præfectus) ita loqueris, quia vitam Tuam adhuc protraxi. complicantur atque accumulentur (addit Agapitus) in me tormenta, quacumque Busrides, & Phalarides, quacumque Lanij, atque Carnifices excogitarunt, cliens sum patroni potentissimi, configo illius ductu, sub eius præsidio cum homine vesano, & victoriam reporto.* Irrisit Præfectus, *& si credam (subijcit) an videbo Dominum istum Tuum?* Adhæc Agapitus. *Diabolus olim tentare ausus est Dominum nostrum Iesum Christum, sed repulsam tulit, cum responso. Vade retro Sathana, non tentabis Dominum Deum Tuum, Tu quoque Dei famulum non tentabis, ne dum vis tentare, à Diabolo ipse tenteris.* Vix eloquutus erat Agapitus, cum præceps è Tribunalis solio concidit Præfectus, & collisus, atque à Ministris ægrè collectus, in lectoque repositus hos in clamores erupit. *Currite, ardeo, subuenite mihi, nihil enim sunt Dij nostri, quos immeritò veneramur, sed Dominus Agapiti magnus est, & æternus, nunc autem iustas luo pœnas, quia Dei puerum iniquissimè diuexavi, & spiritum cum*
voci.

in Comment.
ad 14. Regio.
Vrb.

lib. 1. cap. 23.

Gallon. de
Cruciat. Mar
tyr.

Balenger. lib.
de venat.
Circi. c. 33.

a. Ignatius in
ep. ad Rom.

Tertull. c. 39.
Apologet.

vocibus istis vltimum emisit. Vnde vel biennio toto detentum in carcere, tortumque Agapitum, vel anno V. C. MXXV. Antiochiano iterum Præfecto comprehensum tantummodò, passumque fuisse consequitur, nisi alius sit iste Præfectus Vrbis Antiochianus, qui anno V. C. MXXV. nominatur, ab illo, qui anno MXXIII. Præfectus etiam erat, falsusque sit Onuphrius, qui eundem arbitratur; de Antiochiano, eiusque Balneo in Vrbe Pancirolus differit. Intereà referunt ea, quæ contigerant, attoniti milites Aureliano Augusto, qui nihilò mitior tot perfunctum poenis subijci Leonibus mandat Agapitum; deducitur intrà Prænestinum oppidum innocens, & Sanctus puer, vbi paratum erat Amphitheatrum, in quo ludi & munera gladiatoria edebantur, vt visum est superius, ac spectante populo feris Leonibus è cauea emissis subijcitur. Erat hoc grauissimum supplicij genus, nam parricidis, noxijs, & vilissimis mancipijs irrogabatur. Christiani certè quantumuis innoxij, nobiles, atque pij solebant ad bestias dari, atque Leonibus obijci iam inde à Sancto Ignatio Episcopo Antiocheno, vnde Populus Romanus acclamabat, *Christianos ad Leonem*. Mansuescunt subito Leones, sanctique pueri pedes innocenter lambunt mirante populo, ac vociferante. *Non est alius Dominus, nisi quem Agapitus profitetur, & appositè succlamante Agapito. Credite in Christum, vt salua fiant animæ vestrae, quia quæ mundus hic magni facit, caduca sunt & peritura. beati eritis, perpetuaque fruemini felicitate, si credideritis in Dominum viuum*; abducitur ex Amphitheatro raptus Agapitus Ministrorum Diaboli (quos Fortunæ sacrificulos opinor) furore, atque productus extra oppidum, vbi sunt duæ columnæ, genu posito percutitur gladio

dio, emeritamque animam Laurea Martyrij decoratam direxit in Coelum die XV. Kalendas Septembres. Qui verò fideles Prænestæ habitabant noctu Sancti Pueri corpus more Christiano elatum ad primum ab oppido Lapidem in recenti Sarcophago tumularunt, gloriantes, quod illum sibi dignum Martyra Deus elegisset, vt Prænestæ benediceretur, eiusque sanguine consecraretur elutis impuræ superstitionis, quæ tum ibi vigeat, sordibus, fortibus nempe Fortunæ; & Idololatræ complures ad veram Fidem eius exemplo, precibusque transferunt. Hactenus ex Actis Sancti Agapiti, quæ Monbrius retulit, & Surius ex Adone contracta, sicut & auctor Romani Martyrologij, Vsuardus, Beda, Petrus Episcopus Equilinus, Molanus, Rosveydus, Ferrarius, Maurolycus, Galefinus, & alij. Acta illa fuisse admodum deprauata Cardinalis Baronius indicat; mutila etiam ne sint vereor, cum in ipsis non comperiam Martyrium Porphyrij, quod descriptum in illis Baronius superscriptus asserit. idcirco ea expositiui, quoad potui, & interpolauit, nec enim ferendum erat, vt Monasterium pro Ecclesia, Præses pro Præfecto, Antiochus Rex pro Aureliano Imperatore, aliaque id genus intexerentur. Agonem autem istum Prænestæ peractum fuisse summo scriptorum consensu proditur, & Regino Prumiensis Abbas testatur, licet perperam appingat annū à Virginis partu CCXXVI. sicuti Philippus Bergomas CCXXVIII. Aurelianum Imperatorem tunc Prænestæ fuisse diuersatum, vt Fortunam coleret, eique vota persolueret, ac hostias immolaret censeo. Reducem quidem Fortunam summoperè venerabatur; arguit id Numus eiusdem Aureliani, cui Fortuna insidens rotæ insculpta cum lemmate (*Fortuna Redux,*) quod

S. Antonia.
to. 1. chron.
§. 3. t. 8. c. 9.

to. 1. vit. 22.

ad 18. die Au-
gusti catalog.
ss. p. 7. c. 70.

in not. ad 20.
Aug. Martyr.
Rom.

lib. 1. chron.
to. 1. Germ.
pistor.

in supplem.
chron.

Martial. l. 8.

lib. 54.

Lips. in Tac.

lib. 1. Annal.

Rosin. l. 2. c.

17. antiq.

Roman.

Pa. egypt. de

6 Consul. Ho-

norij.

Sext. Aurel.

Victor. epit.

cognomen haud illi primus tribuit Domitianus, etsi templum exstruxerit, aram enim τὴν ἐπιναγῶν statui passus erat Augustus Dione teste, & Claudianus canit.

Aurea Fortuna Reduci si templa priores

Ob reditum vouere Ducum, &c.

Aurelianus autem iuxta Metaurum flumen, Fanumque Fortunæ victoriam insignem retulit, & Gordianus Augustus Fortunæ Reducis effigiem suis etiam in Numis usurpauit. Vt sit Sancti Agapiti memoriam, & Lipsana fideles populares summo prosequuti sunt honore, ac venerabundi asseruerunt.

De Sancti Agapiti Basilicis Præneste.

CAPVT IV.



INCERTVM mihi est, neque planè liquet quo tempore Deo fuerit excitata, & ædificata in honorem Sancti Agapiti Ecclesia, seu Basilica Præneste, peruetustam opinor fuisse, cum anno Salutis publicæ DCCCXVI. Leo Tertius Pontifex Max. in Basilica Beati Agapiti Martyris in Ciuitate Prænestina fecerit vestem de stauracium periclisi de fundato, & in media Cruce de Chrysoclauro, & prædictus venerabilis Pontifex facta tecta Basilicæ Beati Agapiti Martyris, quæ ponitur in Vrbe Prænestina, necnon & facta tecta alterius Basilicæ iuxta eandem Basilicam, quæ iam præniua vetustate ruitura erant, in melius restaurauit.

Hinc

Anast. Bibliothecæ in Leone III.

Card. Baron.

ad n. 816. in

Annal. Eccl.

to. 9.

Alem. dissert.

de later. pa-

partes.

Hinc geminam Basilicam fuisse constat, vtramque verò consecratam docuit nos Inscriptio prolata superiori libro. altare, scilicet, atque cryptam à Conone Prænestino Episcopo, anno à Natali Christi MCXVI. at Ecclesiam altiorem, atque altare Beati Agapiti Martyris à Paschale Secundo Pontifice Maximo anno Epochæ Christianæ MCXVII. Oddo Columnensis (vt reor Cencij Camerarij subnixus auctoritate) seu Carsidonij frater circa annos Aerae Christianæ MCLI. & MCLII. siue pater Iacobi, qui S. R. E. Cardinalis, dictusque videtur Infans in Homagio Comitis Ildebrandini sub Innocentio Tertio, floruitque sedente Gregorio Nono, anno Christi nati MCCXXXII. molas, sacrosque agros aulæ, seu Basilicæ Sancti Agapiti contulit, vti colligitur ex Epitaphio, quod incisum legitur in vestibulo superscriptæ Basilicæ cum hisce siglis.

lib. 1. c. 11.

lib. de censib.

A P ω

M. A. Q AD FAB Sancti Martyris Agapiti.

id est (vt auguror) Monumentum aquarum quæsiturum ad fabricam Sancti Martyris Agapiti.

*Virginis Egregia nato præbente Mariæ
 Hic Dux Hesperia Lux latet Italia;
 Fama namque Paris, fuit Hector & undique claris,
 Armis emicuit, moribus enituit.
 Oddo suos fortes (sicut Leo) terruit hostes,
 Ductor militiæ magnanimus propria;
 Iste molas, sacros huic aulæ contulit agros.
 Pro quo nunc Sanctus flagitet Agapitus.
 Pœnis indemnis, maneat cui vita perennis,
 Detur & alma quies, & sine nube dies.*

R 2

Ex

Bulenger. de
vest. Pont. c.
51. & 52. & c.
48.
Salmas. in
hist. Aug.
in Vopisc. in
pollion.
Torrig. Cryp-
Vatic.

Ex his dotem, instaurationem, consecrationem, vestem, & antiquitatem huius Ecclesiæ discere facile est, & vestis quidem illa de stauraci, seu stauracina fuit plumatum Babylonicum acu pictum auro, & serico pampinatum, corymbiatum, filicatum, vel quadrapolum à forma pallij quadrata, siue à quatuor tabulis, seu quatuor angulis textis auro, aut argento, bombycino, serico, byffino, quod è varijs locis Anastasij collatis patet, vel octopolum. Illam verò vestem ambibat circum limbus, sic enim periclisis hic accipitur, seu circumtextura in orbem de fundato, siue auro texto acu picto, illique mediæ effigies Crucis è clavis aureis contextæ assuta erat, & hi clavi aurei voce Græco-latina Chrysoclavi nuncupabântur, in Donatione Tiburtina anno Christi CDLXXI. pallium holosericum agnaphum auroclauum, & vela auroclaua memorantur, & clauatura varia. ingentis fuisse pretij vestem illam non dubitarim cum persimiles à Pontificibus Romanis missas ad Imperatores Anastasius passim tradat, & ab Imperatore Constantinopolitano Michaële missum ad Beatum Petrum inter alios dona velum de stauraci vnum cum Cru-

Diatrib. de
vest. litterat.

ce de Chrysoclauo iam è Cardinali
Baronio adnotaue-
rim.



*De Reliquijs Sancti Agapiti, & aliorum
Sanctorum Præneste.*

CAPVT V.



ACRIS ossibus Sancti Agapiti delatum honorem in ipsis Ecclesiæ incunabulis neminem latere potest, illius etenim caput Præneste asportatum fuit, missumque Theodosio Imperatori Bisuntium, seu Vefontionem (ea in Gallia Metropolis est Sequanorum, quos Burgundos nunc vocant) agente Galla Placidia Valentiniani Augusti Tertij matre, Sanctusque Celidonius Archiepiscopus Bisuntinus XV. in medio choro superioris Ecclesiæ Sancti Stephani (Cœmeterium Archiepiscoporum dicitur) erecto ibi altari, & grandibus aduolutis saxis Lipsana, seu pignora veneranda recondidit, diu post inuentum caput Sancti Agapiti ab Hugone Primo Archiepiscopo die XX. Aprilis, qua & colitur ibidem, atque à Sancto Leone Papa intra maius Altare Sancti Agapiti nomine insigne fuit repositum. Vvaltherus profectò seu Galtherus XLVII. Archiepiscopus ope Sancti Agapiti mirabiliter curatus legitur. In Latiensi Cœnobio ad Helpiam fluuium non procul ab Auenna oppido Hannoniæ, veneratio Reliquiarum Sancti Agapiti Martyris anno ætatis XV. Præneste pro fidei constantia iussu Aureliani Imperatoris diris cruciatibus necati die XVIII. Augusti celebratur. in sacrario Agrippinen-

sis

Chiffet. Vefontion, sacr. par. 2. nu. 15. die 18. Aug.

el. lib. lect. ecc. s. Ioann. & s. Steph. Chiffet. in Valthero nu. 47. plurib.

And. de Saufay in Marc. Gall edit. Paris. 1637. à Rob. Steph.

fis Ecclesiæ, seu in Cemeliarchio Summi Templi
 Colonia colitur brachium Sancti Agapiti Martyris
 Prænestini. eadem die vt R.P. Odo la Motthe Bene-
 dictini Ordinis lumen, virque multiplicis eruditio-
 nis, quem acerba mors rapiens præclaros conatus in-
 terrupit, per litteras mihi affirmavit. Ioannem ta-
 men de Vitellensibus Cornetanum Patriarcham,
 Alexandrinum euerfa Præneſte caput Sancti Agapi-
 ti tranſtulisse in patriam, donasseque ibi ſodalitio,
 seu Conuentui Patrum Franciscanorum aſſeritur in
 Epigraphe ſigni argentei, seu thecæ An. MCDXXXV.
*ipſe Iulius Secundus Pont. Max. caput illud excuſo ad
 viuam effigiem argento recluſit, & veniam largitus eſt
 anno MDIII. exſtant apud eoſdem Franciſcanos in
 arcula argentata Sancti Agapiti varia oſſa. in Eccle-
 ſia Corneti Cathedrale Sanctæ Margaritæ dicata
 theſaurus eſt opulentiffimus Reliquiarum, quas ve-
 luti ſercula Triumphii ſui vnà cum tintinnabulis ma-
 ioribus, ſiue Campanis è deuicta Præneſte deuexe-
 rat Ioannes ille Vitellentiſis. Theſauri huius indi-
 cem exſcriptum è Cornetana Margarita (ita voca-
 tur Codex perantiquus, in quo chartæ omnes ad
 Corneti publicam rem ſpectantes relatæ calamo
 exaratae ſunt) quamquam ille index mixobarbaro
 ſtylo concinnatus ſit, ſubiicere viſum eſt.*

*In nomine Domini amen. Anno à Natiuitate eiuf-
 dem MCCCCXLVI. Indictione IX. tempore Sanctiſſi-
 mi in Chriſto patris, & Domini Eugenij diuina pro-
 uidentia Papa Quarti, die verò XXII. Auguſti. hoc eſt
 Inuentarium omnium, & ſingularum Reliquiarum
 exiſtentium in Eccleſia Sanctæ Mariæ, & Sanctæ Mar-
 garetæ.*

*In primis in quadam caſſetta, ſeu caſſella, ſiue ar-
 cula cum duabus clauibus, quæ venerunt ex Ciuitate*

Pe-

*Pelestrina tempore Domini Ioannis de Vitellensibus de
 Corneto Cardinalis Florentini, & tunc temporis Aposto-
 licae Sedis Legati. Vnum pedestallum argenteum cum
 gangia (idest) maxilla Sancti Apostoli Philippi supra
 deauratum. Item vnum pedestallum argenteum super
 deauratum cum digito Beati Stephani Protomartyris,
 (sed error hic irrepfit nam in titulo legitur.) *λειφα-
 ρον Ματθ. Γεωργιου, seu Reliquia Sancti Georgij Martyris.*
 Item vnum pedestallum argenteum supra deauratum
 cum duobus dentibus Beati Pauli Apostoli, item quod-
 dam crystallum, seu vasculum e crystallo cum puluere
 corporis Beati Ioannis Baptista. Item quaedam Crux,
 in qua est de ligno vera Crucis; Item quoddam vas por-
 fideum, seu e marmore porphyretico, argento exornatum,
 supra deauratum, in quo sunt de Reliquijs Beati Bar-
 tholomaei Apostoli, item quaedam tabulata posita in qua-
 dam vexina, seu vettina, quasi vegetina, imperat ar-
 genti subito vegetem fabricari, canit ille, seu vrceo-
 lo, quem βόσινον vocabant olim Tarenrini, vt obser-
 uat ex Hesychio Salmasius, in qua sunt de Reli-
 quijs, scilicet de ossibus Sanctae Margaritae Virginis,
 Sanctae Luciae Virginis, Sanctae Barbarae Virginis, &
 Sancti Martini Episcopi, & Confessoris, & de Lacte
 Sanctissimae Virg. Mariae, & de ossibus Sancti Lau-
 rentij, Sancti Petri Apostoli, lac autem Beatissima Dei-
 parae crystallino guttulo inclusum est, de Reliquijs etiam
 S. Andreae Apostoli, & S. Thome Apostoli, de oleo S. Ni-
 colai Episcopi, & S. Georgij Mart. & S. Blasij Martyris.
 Item quoddam Crystallum cum ligno Crucis, item aliud,
 in quo est de Velo Beatiss. Dei Genitricis Virg. Item in
 quodam vase vitreo, siue Crystallino est de brachio S.
 Andreae Apostoli. Item quaedam B. Pauli Apostoli Crux,
 quam portauit praedicando Fidem Catholicam per uni-
 uersum orbem ex are Litoneo, siue orichalco fictizio, sed
 sup-*

Domnizo scilicet de vita
 Mathild. li. i.
 inde dogave-
 get. Barthol.
 Cuiac. Sal-
 mas. & Turn.

in not. ad hi-
 stor. Aug.

suppositam fuisse suspicor verè vice. *Item quoddam vas vitreum, in quo est de pera Iacob, de Sepulchro S. Marthæ, & de Reliquijs S. Ioannis Chrysofomi. Item in quodam panno serico est de arsuræ B. Laurentij Martyr. Item in quodam bosulo auoley, siue pyxide eburnea est de Lacte Beatissimæ Virginis Mariæ. Item in quodam cofino è corio sunt de Reliquijs B. Guarini Episcopi, & Confessoris, S. Stephani Papæ, & Mart. & XL. Martyrum, SS. Primi, & Feliciani, & Artemiæ Mart. Item quoddam vas vitreum, in quo sunt quaedam vementa SS. & de ossibus SS. quorum nomina non reperiuntur.*

pentad.
Tiburt.

1. 2. de Imag.
& Reliq. c. 4.
& 5.
Basil in orat.
ad 40. mart.
Theod. 1. 9. de
mart.
Ioan. Chryf.
in 1. quod
Christus sit
Deus.
in disquis.
Reliq.
Ferrar. in
Topogr. ss. in
Augia, & Cõ
stancia.
Faucher. in
Carolo M.
B. Rhenan.
lib. 3. rer.
Germ.
Seb. Munster
in Cosmogr.
Mart. Rom.
31. Janu. vbi
Card. Baron.

Haëtenus Index ille, ne verò quis proteruior forsitan exquirat; qui fieri possit, vt Sancti Agapiti Caput & Bisuntij apud Sequanos, & Corneti apud Ethruscos exstet, atque colatur, nec enim biceps erat; præterea Corpus Sancti Agapiti Romæ in præcipuo Sanctæ Mariæ de Consolatione altari quiescere affirmat Regius. quod hæreticis obgannientibus respondit eruditissimus, & Religiosissimus Cardinalis Bellarminus, & eiusdem Societatis, multiplicisque doctrinæ Ferrandus apponam; synonymia multos fuisse deceptos, adhæc varijs in locis non integra Corpora, seu Capita Sanctorum inueniri, sed partes eorumdem Corporum, atque Capitum diuisas, atque distributas, & à parte totum denominari. sic ossa Sancti Marci Euangelistæ in Augia maiore, seu diuite (Monasterium est Benedictinorum celebre, ac opulentum Richenavv vulgò dictum in insula lacus Veneti, seu Constantiensis in Suevia Germaniæ Prouincia, cuius Abbas fuit Hatto Basileensis Episcopus, qui auctor Operum, quæ in Vaticano Codice 1145. continentur, certè Basileensi Episcopatu adhuc annexum est, in eoque sepultus iacet

iacet Henricus Foroiulienſium Dux, qui opes ingentes attribuit) vbi legitur Sequentia Sancti Euangelij ſecundum illum, intento ad Sancti Marci loculum digito, exſtare dicuntur, cum tamen Venetijs, vbi fuerunt Alexandrina ex Vrbe primaria Aegypti translata, in Eccleſia Cathedrale colantur. Sic Sancti Dionyſij Areopagitæ Lipſana Coenobitæ cognomines haud procul Lutetia Pariſiorum penes ſe aſſeruari gloriantur, Ratiſponenſes nihilominus in Bauaria Corpus Sancti Dionyſij ab Imperatore Arnulpho eò translatum anno 896. venerantur, & diploma proferunt Leonis Noni Pontificis Max. anno 1052. datum, ſeu Stephani Decimi anno 1053. (quod commentitium eſſe Rigordus docet) quo in templo Sancti Haimerani, ſeu Emerani Reginoburgi in Bauaria ſupraſcripti Dionyſij corpus requieſcere teſtatur; Caput certè Sancti Dionyſij Areopagitæ in Coenobio propè Lutetiam, Caput Sancti Dionyſij Corinthij in Eccleſia Pariſienſi ſancitum eſt exiſtere. Neue referam controuerſias Viennenſium cum Arelatenſibus de Lipſanis Sancti Antonij Abbatis Aegyptij; Caſinenſium cum Floriacenſibus de Corpore Sancti Benedicti Monachorum Heſperiorum Patriarchæ, Vizeliacenſium cum San-Maximianis de Sanctæ Mariæ Magdalænæ Reliquijs, quas ſunt qui vindicent iniuſtiſſimè primùm Ephesijs, tum Constantinopolitanis, vt in Diſſertatione probaui; Beneuentanorum cum Romanis de Sancti Bartholomæi Apoſtoli oſſibus. Nonne Caput Sancti Ioannis Baptiſtæ Romæ in Sancti Silueſtri Monasterio delatum è Constantinopoli; Angeliaci in Gallijs Alexandria translatum, Auguſtæ Prætorix in finibus Subalpinorum, Lugduni, Ambianique anno 1206. à Vvalone deſcriptum eſſe dicitur, cum pars Cranij

De geſt. Phil. Aug. an. 5.
Hier. Ziegl. c. 24. Illuſtr. vir. Germ.
Mar. Hiſp. to. 2. et. 9. c. 85. & 93.
Henric. Panr. in proſopog. Card. Baron. Annal. eccl. an. 1052.
Auentin. in Annal. Boiorum l. 4.
Raphael C. ſtos Antuc in effigie. 5.
Lucius plac. cur. l. 1. tit. 2.
Cratius l. 4. c. 15. Meer.
Ciac. vit. pör. vet. edit.
Chron. Caſſinen. l. 2. c. 24.
Bibl. Floriac. Cz. Gnoſtrad. p. 2. hiſt. pro. f. 109.
Card. Baron. die 29. Aug. in Marty. Ol. Vvalſingham in Hypodig. Neuſtr.
Barrius in Calabr.

S missa

missa ab Imperatore Copronymo ad Pipinum Regem Francorum Angeliaci, Romæ in Sancti Siluestri pars altera Cranij, Augustæ Prætoriam mentum, seu maxilla, eius pars Lugduni, alia itidem Septi in Calabria, facies verò excepto mento superiori usq; ad partem frontis Ambiani afferuentur. Eodemque modò Sancti Agapiti Capitis, seu Reliquiarum pars Corneti, pars alia Capitis Bisuntij, altera Reliquiarum in Lætiensi Coenobio, altera Romæ in Sanctæ Mariæ Consolatricis exstare iure definietur. Ioannes de Vitellensibus Cornetum inuexerat (diruta Præneste) pretiosa ista Ceimelia, sed instaurata Præneste Præstantissimus Heros, & Eminentissimus S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Prænestinus Marcus Antonius Columna Cranij partem reuexit, at Eminentissimus pietatis, & doctrinæ vindex Franciscus S. R. E. Cardinalis Barberinus Vicecancellarius (cum Prænestinus Principatus in Excellentissimi Principis Thaddeji fratris sui ditionem transisset anno MDCXXXIII.) *λείψανον μεγαλομάρτυρος Γεωργίου*, Reliquiam magni Martyris Georgij, fragmenta duo maxillæ Sancti Philippi Apostoli, dentem Sancti Pauli Apostoli cum ferculis argenteis deauratis, & insculptis insignibus Columnensium Principum, præterea fragmenta sex Reliquiarum Sancti Vberti Confessoris, Sanctæ Barbaræ Virginis, & Martyris, Sancti Martini Episcopi, Sanctæ Agathæ Virginis, & Martyris, atque Sanctorum Cosmæ, & Damiani, tibiam Sancti Agapiti cum duobus fragmentis, quatuor fragmenta Sancti Gordiani Martyris, tibiam Sancti Abundij cum duobus fragmentis, quæ ex Ecclesia Cathedrale, quæ è Coenobio Sancti Francisci recepta ex consensu Illustrissimi Domini Cecchinelli Episcopi; & Capitanei, atque Consulis, & Populi
Co.

Cornetani, me sedulam etiam nauante operam, iussit Prænesten reportari, quibus vicissim sacras alias Reliquias cum pegmatis, & ferculis argenteis arte summa elaboratis, & pretiosioribus dono dedit. in Sanctæ Crucis in Hierusalem Romæ in concha lapidea ex Indice refert Seueranus seruari corpus Sancti Cæsarij, item Sancti Anastasij Martyris, quod creditur illius, qui Martyrio Sancti Agapiti Prænestini interfuit, & Cornicularius dicitur, vnde consequitur eum ob Christi fidem Martyrio affectum, quod haud dubiè in Actis Sancti Agapiti exstabat, & nunc desideratur.

De 7. Eccl.

De Nomine, ac laudibus Sancti Agapiti.

CAPVT VI.



AGAPITI nomen Græcis idem quod Latinis dilectus significat; Agapetum enuntiandum plerique censent, sicut & paraclitum, sed non est nouum, & inusitatum vt in Græcum per i Latinum reddatur ob soni similitudinem, vt videre est in vocibus huiuscemodi Θεοδώρητος, Ἀγαπητός, & stilus, ἄπο τῆς σήλης deducitur, imò, & Heraclitus, qui Græcis Ἡρακλῆύτης, & Iconomus, qui οἰκόνομος, & Heptaticus, qui ἑπτάτευχος, sic ei, oi, & eu dipthongi Græcæ resoluuntur in i Latinum, paraclitus quidem, & Agapitus secundum accentum Græcum, non autem secundum quantitatem

Philelf. l. 13
ep. f. 163.Paschas. l. 5.
Disqu. Gall.
c. 19.Pontac. in
Chron. Euf.

Alicat. l. 9. c.

3. parerg. iur.

Polyd. Verg.

de inuen. rer.

Sidon. in An

them paneg.

vbi Sauro.

Iuo Carnot.

ep. 83. vbi Iu-

ret.

Novell. Ius

Tinian. Inter-

pret.

S 2 tatem

Laur. Vall
in c. 14 Ioan.
Guilliaud.
Belloiuc. in
ep. s. Ioan.
Aubert. in in
situt. linguæ
Græcæ.
Anast. Bibl.
in Felice 3.
Hadr. s. Leo-
ne 3.
Seuer. de 7.
Eccl.
Romæ 'Sub-
terr. & l. 3. c.
17.
Martyrol.
Rom. 6. Aug.
vbi Car. Bar.
Diar. m. In-
fessuræ.
Mart. Rom.
16. Martij, vbi
Card. Baron.
& 24. Martij.
& Suida.

Pollad. l. 8. de
vit. patr. c. 19.
Card. Baron.
in Ann. eccl.
an. 408.

tatem à Latinis pronuntiantur, Eo nomine com-
plures insigniti sunt. Elucet post Prænestinum San-
ctus Agapitus S. R. E. Diaconus, & focius Sancti
Sixti Papæ Secundi in Martyrio sub Valeriano Au-
gusto, cuius in honorem Felix Tertius Papa Deo Ba-
silicam extrà muros Urbis via Tiburtina iuxta San-
cti Laurentij ædificauit, quam Hadrianus Primus,
dein Leo Tertius instaurarunt, quique sepultus in
Coemeterio Prætextati dicitur, huius fuisse credide-
rim ossa, quæ anno 1491., dum renouaretur Eccle-
sia Sanctæ Mariæ in Via Lata, reperta sunt in concha
porphyretica, in qua recondita fuerant à Leone
Noho Papa anno 1049. erantque inuoluta panno,
& laminæ plumbeæ illis impositæ inscriptum lege-
batur: *Istud est corpus Sancti Agabiti*, (sic Agapi-
tum efferebat sequior ætas,) repositæ verò fuerunt
in eadem concha; huius quoque Reliquiæ in Ania-
nensi Monasterio coluntur, vt R. P. Odo la Mothe
iam laudatus mihi per litteras significauit. Tabulæ
quoque Ecclesiasticæ meminerunt Sancti Agapiti
Rauennatis Episcopi, & Confessoris, qui adfuit Ro-
mano Concilio, quod Sanctus Iulius Papa Primus
habuit anno CCCXXXVII. à Christo Nato; memi-
nerunt & Agapiti Synadæ in Phrygia Episcopi,
qui sub Maximino Augusto montes transtulit, mor-
tuos ad vitam reuocauit, & alia mirabilia facinora
patrauit: Sanctus Agapitus Papa Romanus in hæc
quoque relatus est, *qui Vas Catholicum, Euangelij
tuba, præco iustitiæ sacra altaris, sedisque velamina,*
(Melania iunior mundo renuntians *ἡ ἀντιλήψιστις τῆς
ἐκείνης ἡμιφύρα καλύματα τοῖς θυσιαστηρίοις ἐδωκέναι*,
omnia sua serica superhumeralia tegumenta, seu
amica donauit altaribus, fecit & hoc Olympias, &
Fl. Valila *ad ornatum Ecclesie, & celebritatem myste-*
rij

rijs sacrosancti impendit in pallijs, & pro ara ora vela, quæ relata sunt in charta Donationis anno à Christo Nato 471. subscriptæ, & à me prolatae, sed & Bulengerus de linteaminibus Ecclesiarum plurima congerit, cathedræ verò velatæ adhibebantur Episcopis, eratque sedile fortuito linteo contextum, vt & sub ictu passionis Sanctus Cyprianus Episcopus honore frueretur) *velamina inquam sacrilegis Anthemij fabulis infecta*, immò Anthimi, *deleuisse* dicitur, in Regeſto Sancti Gregorij M. *suis Catholicis precibus ſupraſcriptus Agapitus*, id eſt expurgaſe Anthimus autem è Trapezuntis Episcopatu translatus ad Constantinopolitanum Patriarchatum, quia Monophyſitarum hæreſim ſectabatur, ab eodem Agapito Constantinopolim profecto, ex illo Patriarchico folio deiectus fuit, atque depositus anno 536. quam deſiſitionem ſanxit Iuſtinianus Auguſtus edita poſtea Conſtitutione, quam ex Iſidori libris recognitam Contius latinè publicauit, at Haloander Græcè, vbi Ἀγέμετος, & Ἀγέμετος nominatur. Hunc Agapetum eſſe Diaconum ſanctiſſimæ Eccleſiæ Matris Dei, cuius ad Imperatorem Iuſtinianum exſtat ἐκδείξις, quique poſtea euectus fuerit ad Pontificatum Romanum, ſenſit Alciatus, ſed addubitat, & iudicandum relinquit Card. Baronius, vbi fuſè res ab eo piè, ſanctèque geſtas proſequitur. illius etiam meminere Ioannes Moſchus, Caſſiodorus, & Procopius diſfuſiſſimè. Fuit & alter huius nominis Papa Romanus, qui iunior, ſive Secundus Agapitus vocitatus anno 946. ſedere cœpit, & Eccleſiam prouidentiſſimè adminiſtrauit. Nullum finem facerem ſi Agapitos omnes enumerare vellem. Agapetæ occurrerent virgines, & ſorores adoptiue, quando vndique pulſæ ſunt, & à cle-

l. 1. de veſtib.
pont. 6. 55.

S. Auguſt. not.
ad c. 49. l. 7.
Niceph. Cal.
liſt. liſt.

Pontius Diaconus
in vit. s. Cypriani.

c. Agap. diſt. 1.
de conſecr.

Niceph. l. 17.
hiſt. eccl. c. 7.
8. 9. vbi male
Agathon pro
Vigilio.

Ciacon.

Novell. 42.

Orat. ad F. a.
ciſc. I. Regè
Franc. to. 2.
oper. in calce
ad an. 527.

in Annal. ec.
& ex his
Spondan. in
Epitome.

Vir. patr. l. 10
c. 149. prat.
Florit.

Card. Baron.
Ciac.

Card. Baron.
eo an. n. 19.
Roma Subt.
e s. Hieron.
lib. 4. c. 34.

in 4. an. Chri-
sti 1594.

Clericorum consortio, quos decolorabant, auulsæ, atque à S. Ioanne Chrysoft. sublatae Constantinopoli anno à C. N. 398. Agapæ nos inuitarent, sed peculiarem de his conscripsi Dissertationem. Redeundum ad Agapitum Prænestinum, quia de dilecto nunquam satis, de illo præsertim, qui dilectus Deo, & hominibus, cuius nomen non solum in prænomen adsciuerè sibi Columnenses Proceres, & hos inter celeberrimus S. R. E. Cardinalis, & Eminentiss. Agapitus, qui dum nefando schismate laceraretur Ecclesia, Urbanum Sextum Romanum Pontificem sequutus summa fide, atque pietate præfulsit; verùm & passim Prænestini ciues, qui patronum ipsum adoptauerunt, & per felicem experientiam agnoscunt; apud quos Orationes binæ in laudem Sancti Agapiti à Pomponio Brunello dictæ fuerunt Romæ, quæ typis excusæ circumferuntur. Sed & Nouarienses in Insubribus portam Vrbls suæ nomine Sancti Agapiti munierunt. Quam verò R. P. Marina-rius Carmelita mihi peramicus perscripsit, Oratiunculam hic lubentissimè subderem, nisi sperarem me ab eloquentissimo, atque modestissimo Theologo tandem impetraturum, quod iamdudum efflagito, nimirum ut eam cum permultis alijs ipse publico bono in lucem emittat, illi verò titulus est præfixus. Agapitus Prænestinus David Palæstinus.



De

De Prænestinis Episcopis

CAPVT VII.



NARRAT Optatus Mileuitanus, Constantino Tertium, & Licinio Tertium Coss. Nonarum Octobrium die Lib. r. feria sexta conuenisse tres Gallos Episcopos, & Italos XVI. ad Urbem Romam in domum Faustæ in Laterano ut dijudicarent causam Cæciliani, quem, aliòsque eius collegas, & ordinatores non confessos, imò absentes, & incognita causa Episcopi fermè LXX. (nam libra testium exigitur in Episcopi condemnatione, seu LXX. vel LXXII. testes l. quotiescūq; C. de suscept. & arcar. l. 19. C. Theodof. quor. appell non recip. Cuiac. c. 9. l. 17. obseruat. iur. Capitular. Caroli M. requiruntur (quot aureos nempe pendet auri libra in Occidente, vnde libræ Iudicium dicitur) Iudiciumque Marcellini Papæ LXXII. comparentibus testibus ab ipsomet Marcellino peractum fuisse legitur. totidem Iudices, vel Episcopi desiderabantur in exauguratione, nam Chronopius ex Antistite fuit damnatus in Iudicio LXX. Episcoporum) temerè damnarant Secundo Tigisitano, qui tunc agebat in Numidia primatum, tenente principatum, quasi traditores, per sententias eorum, quibus præsentibus, & confessis ignouerat in anteriori Concilio; Rogarant quippe Donati asseclæ Constantinum Augustum vt de Gallia Iudices ipsis dari pietas eius præciperet, quia potissimum ab hoc facinore, scilicet à traditione sacrorum librorum in persecutione, cuius facinoris abs ipsis infimulabatur Cæcilianus, siue à schismate, quod Donatus inchoarat, Maiori-
no

lirr. des Grä-
deurs de l'E
glie.

no contra Cæcilianum ordinato, immunis erat Gal-
lia, vnde corruit penitus Reu. P. Morini alio-
quin doctissimi coniectura circa Baptismum Con-
stantini I. *Cumque consedissent anno à Christi Natali
CCCXIII. Miltiades, seu Melchiades Episcopus Vr-
bis Romæ, & Reticus Eduensis, seu Augustodunensis,
& Maternus Agrippinensis, siue Colonienfis, & Mari-
nus Arelatensis Episcopi Gallicani, assederunt & alij
Antistites Florianus à Cesena, Felix à Florentia Thu-
scorum, siue Tuscorum, Secundus à Præneste, Maxi-
mus ab Ostia, Euandrus ab Urbino, &c. absolutum,
& in Episcopatu confirmatum Cæcilianum, Dona-
tum autem damnatum, improbatumque in eo Ro-
mano Concilio constat, quamuis appellarint Do-
natistæ Constantinum, qui ob appellationem indi-
gnatus est, rem tamen omnem permisit Concilio,
quod Arelatæ Præsidentibus Legatis Siluestri Ro-
mani Pontificis anno à Virginis partu CCCXIV.
coactum sententiam Romani Concilij collaudauit,
& in quo non Siculi dumtaxat, & Galli, verum
etiam Itali, Hispani, & Africani aderant Episcopi.
Itaque plenarium illud Concilium iure à Sancto Au-
gustino nuncupatum fuit. Hos autem inter tacitus
haud prætermittam Damasum, seu Damnam, siue
Dafnum Episcopum, & Victorem Exorcistam de
Ciuitate Vasionis, seu Vasionense Prouinciæ Vien-
nensis, à quo seriem antecessorum meorum (Damaso
nimirum) ad me vsque adhuc omnium peripsema
concinnatam proferre in lucem gestiebam. sed com-
modum Reu. P. Columbi Societatis Iesu hanc mihi
palmam præripuit, & eorum Nomenclatorem age-
re non est dedignatus; lubenter igitur illi lampada
tradidi, nam vt acri pollet iudicio, & eloquentia
præstat, Spartam illam haud dubiè ornabit. Caussa-
ti*

Albaspin. in
obseru. ad
optar. Ro-
svveyd c. 4.
de fid. hæret.
se. u.

Sirmond. to.
1. Conc. Gall.

ti autem fuerant Donatistæ se à Romano Præsule sus-
 pecto, neque cum eo Episcoporum numero, quem
 præscriperat Constantinus, reiectos, ut ex epistolis
 Constantini apud Nicephorum etiam Xanthopu-
 lum liquet, è quibus etiam Caluini sacrilegi hære-
 siarchæ, & versatilis Balduini fraus arguitur, qui
 Arelatensem, & Syracusium Episcopos Romano
 prælatos à Constantino ineptissimè contendunt in
 isto iudicio; causa etenim retractata quidem in A-
 relatensi Concilio fuit, sed præsidentibus Legatis
 Pontificis Ecclesiæ Romanæ, *in qua semper Aposto-
 lica Cathedra viguit Principatus*; & tantum assistenti-
 bus Episcopis Arelatense, ac Syracusio ad promul-
 gandam potius, quàm approbandam Romani Pon-
 tificis sententiam; nec enim sententia Romani Pon-
 tificis approbatione illorum egebat, imò Patres
 Concilij Arelatensis per epistolam à Siluestro Papa
 ratum Concilium ipsum Arelatense haberi suppli-
 ces postulant, & id patet ex Epistolis Sancti Augu-
 stini. Post centum dein, & quatuor annos supra
 quinquaginta plus minus, Ianuarius Prænestinus
 Episcopus in Concilio quoque Romano sub Hilario
 Papa sedit, eiusque Decretis subscripsit. Basilisco, &
 Herminero Coss. VV. CC. siue anno *Θεωρονίας*
 CCCCLXV. seu CCCCLXVI. Anno certè CCCC.
 LXXXVII. Synodo Romanæ sub Felice Papa Ter-
 tio, cum Fl. Boetius Consul esset, interfuit Romu-
 lus Prænestinus Episcopus, qui Synodo insuper Ro-
 manæ sub Symmacho Papa Primo coactæ. Auieno
 Juniore Consule, siue anno Salutis DII. quæ Palma-
 ris dicta fuit, subscripsit, & alteri Synodo Romanæ
 sub eodem Papa collectæ anno subsequenti DIII.
 At anno DLVI. Maurum Episcopum Prænestinum
 fuisse didici è Pelagij Papæ diplomate, quod erudi-
 T tione

ep. 162. & 166

Codex Rom.
Eccl.

Concil. Bin.

Codex Rom.
Eccl.

lib. 3. c. 103.

tione illustrissimus omnigena Lucas Holstenius Bibliothecę Vaticanę Custos mihi exhibuit è Collecti-
one Canonum Deusdedit S. R. E. Cardinalis deprom-
tum, en illud.

lib. 2. Regest.
indict. 10. ep.
38.

Pelagius Mauro Episcopo Prænestino. Inter cetera. Didicimus de patrimonio Hildiuade ante quidem de prima, & secunda, & tertia Indictionibus Ampliato quondam Presbytero, & Stephano Diacono vices Pontificis in Vrbe Roma agentibus quod exegisti, fide media persoluisse; de quarta verò Indictione secundum ordinationem filij nostri viri Religiosi Narsę S. Palatij (Patritio Anugnostico, vt ex alijs litteris Pelagij constat) filijs nostris Dulcitio, Felici, & Ioanni Presbyteris, quod exactum fuerat, intulisse. Superuenientibus verò nobis, & per Dei gratiam ordinatis intulisti de eadem quarta Indictione, & infra, ideòque supplicante dilectione Tua ex omnibus suprascriptis IV. Indictionibus fraternitatem Tuam hac securitate credidimus munendam, vt nulla caritati Tuae imposterum à quolibet calumnia moueatur. Postea comperio apud Sanctum Gregorium Magnum Papam anno DXCIII. Priuilegio, quod ab eo indultum fuit Monasterio Sancti Medardi in Gallia, subscripsisse Sergium Episcopum Ecclesię Prænestinę. carpit quidem Blondellus in suo Pseudo-Isidoro subscriptiones huius priuilegij, sed ineptè, dum Ciuitatis vel similem vocem deesse Prænestinę Ecclesię monet, appingens Prænesten Urbem esse Latij Suburbicariam, Albęque Colonię, Proculum Prænestinę Ecclesię habenas moderatum anno DXCV. docens è Concilij Romani subscriptione, & an iste Proculus Sergio successerit, iudicandum peritis relinquens. Successit enim & subscripsit Proculus Episcopus Ciuitatis Prænestinę Decretis Romanę Synodi, quę à Gregorio Magno

CO-

coram Sanctissimo Petri Corpore Romæ habita anno XIII. Imperij Mauritiij Augusti, quem putat à Christo nato DXCVI. Onuphrius Panuinius, at Coriolanus DXCV. die V. Iulij Indictione XIII. quæquæ inserta, & repetita est in Epistolis ipsius Sancti Gregorij, qui de istius Proculi fortassis absentia, seu negligentia, deque Emolitana Ecclesia eius in territorio vendicata conqueritur in epistolis ad Saurinum Subdiaconum Regionarium.

ep. 89. l. 4. &
in ep. calce.

ep. 29. & 30.
lib. 11. Reg.
indict. 6.

*De Sancta Herundine, deque miraculis
in Monasterio Sancti Petri Præneste
patratis.*

CAPVT VIII.



T RIBVS illis Sæculis IV. V. & VI. quàm vberes fructus protulerit Christiana Religio Præneste, vel hinc arguitur, quod in eius territorio fundi, possessionesque variæ à Constantino Augusto, tum à Sixto Tertio Pontifice Maximo, quæ titulo Sancti Siluestri, quæ Basilicæ Liberianæ fuerint adsignatæ, vt superiùs memoravi. Constantinus præterea inter alia obtulit Sancto Fonti in Lateranense Basilica donum Massæ Festi Præpositi Sacri Cubiculi in territorio Prænestino præstantis solidos trecentos anno Christi ortus CCCXXIV. vt ex Anastasio tradit Cardinalis Baronius. Erat & patrimonium S. R. E. vti liquet ex Epistola Pelagij: sed & Christianæ Fidei progressus colligitur, quod Herundo magnis virtutibus pollens suprâ Prænestinos

in Annal. ec.
clef.

T 2 mon-

Dialog. 1.4.
c. 15. & Ho-
mii. 40. in
Euangel.

montes Eremiticam vitam duxisse fertur, cuius discipula Redempta in sanctimoniali habitu constituta anus iuxta Beate Marię semper Virginis Ecclesiam in Vrbe manebat, anno scilicet reparatę Salutis DLXX. magistraque fuit Romule, quam mirabili luce coelitus illustratam ę vita discessisse Sanctus Gregorius Magnus enarrat. Harum Trium Virginum ossa in Sancti Laurentij Tiburi recondita olim tribus in altaribus, nunc tribus in arculis coluntur, vt coram vidi, & hæc Inscriptio docet, quam suis cum nauis, & cum squama sæculi Latinam linguam corrumpentis intexo exscriptam Tiburi, vbi legitur.

✠ *Attendite lumen cuncti, qui cernitis banc Fulbi domum, quam sarcire curauit Egreg. P. Magister militum, cultor Ecclesiarum, & largitor pauperum eò magis seuum tempus transferat, quod huius vetusta fabrica casu ruitura multis esse videbatur; nunc ea facit Vigil P. cum hac natos suos pro redimendis facinoribus suis, seu & pro anima coniugis suę Agathe sacaciter amphiuit à solo vsque ad summum, & picturis harys decorauit. Itaque obnixè queso. O Christe; & Genitrix Virgo, simulque Beate Paule vā electionis, socijque Tui Romula, Redempta, Erundoque, quarum Corpora recondere in tribus sacris altaribus studuit, vt suscipere dignemini hoc exiguum munus, quod ad vtilitatem Templi exhibuit, id est Patenam, Calicem, Cortinas, Candelabra, Thuribulum, Cantbara ex argento, Canistrum ex ære, Vestes, Cortinas, Codices, Imagines, tribus cum Signaculis ad resonandum laudem Dei, quę super camera istius templi statuerę feci. Casas vero fundum Valuiianum, simulq; Vineam in Laureto, & silua, & in Baruatiana Petia de terra, & Clausuram, Pergulasque vnā, & in prata*

aguato suo.
ligaciter.
varia.
fortē coro-
nas.

pra-

pratum. Si quis de his donis, quæ ego offerre curavi, aliquid suptrahere presumpserit, siue Episcopus, siue magna, paruaque persona heredes meos in sua teneat potestate. nunc autem qui aliquod temerari eorum praestiterit, sit illi alienum Regnum Dei, & à trecentorum decem VIII. Patrum, sententia seu Decreto, anathematis vinculo subiaceat, & cum Iuda traditore Domini partem omnem habeat. Felices, qui hic ingressuri estis, pro me (quæso) orate, & gaudere temporibus multis donet Dominus ut hic celere mente deprecari eum valeatis. M.... Amen. Factum temporibus Domini Gregorij Quarti Papæ Roma per Indictiõ. III. siue, vt putauit Marinus Farina anno Christi DCCCXXX. Certè nisi Christiani fuissent Prænestini, illorum in territorio constituti fundi, possessiones, & patrimonia, qui potuissent ab Imperatoribus, & Pontificibus vtiliter adtribui Ecclesijs? Etenim si Coloni, vtque tunc vocitabant, Massarij, & Censiti, Pagani siue Idololatræ existissent, nec ex fide rura excoluissent, neque pensiones vel census Clericis persoluissent, imò detrectassent illorum dominium. Labet hic paulò nitidiora Sancti Gregorij Magni verba è Dialogis eius appingere. Prænestina Vrbi mons præeminet, in quo Beati Petri Apostoli Monasterium situm est virorum Dei, quorum relatione adhuc in Monasterio positus (inquit eximius Doctor) audisse me contigit magnum hoc, quod narro miraculum, quod eiusdem Monasterij Monachi nosse se testabantur. In eo namque Monasterio fuit pater vite venerabilis, qui quondam Monachum nutriens vsque ad reuerendos prouexit mores, eumque cum in timore Domini videret excreuisse in eodem sibi Monasterio tunc Presbyterum fecit ordinari, cui post ordinationem suam, quia non longè
abes-

abisset eius exitus per reuelationem indicatus est. A predicto autem patre Monasterij petijt, quatenus ei concederet ut sibi sepulcrum pararet, cui ille respondit, ante Te quidem ego moriturus sum, sed tamen vade, & sicut vis prepara sepulcrum Tuum; recessit igitur, & preparauit, cum non post multos dies senex pater febre praeventus ad extrema peruenit, atque assistenti Presbytero iussit dicens, in Tuo sepulcro pone me, cumque ille diceret. scis quia ego modò Te sequuturus sum, utrosque capere non potest. Abbas protinùs respondit dicens. Ita fac, ut dixi, quia sepulcrum Tuum ambos nos capit. defunctus itaque est, atque in sepulcro eodem, quod sibi Presbyter parauerat, positus, mox quoque, & Presbyterum corporis languor sequutus est, quo languore crescente citiùs Presbyter vitam finiuit, cumque ad sepulcrum, quod sibi ipse parauerat, corpus illius fuisset à fratribus deportatum aperto eodem sepulcro viderunt omnes, qui aderant, locum non esse, ubi poni potuisset, quia corpus patris Monasterij, quod illic antea positum fuerat, omne illud sepulcrum tenebat, cumque fratres, qui Presbyteri corpus detulerant, factam sibi sepeliendi difficultatem viderent, vnus eorum exclamauit dicens! O pater ubi est quod dixisti, quia sepulcrum istud ambos vos caperet, ad cuius vocem subito cunctis videntibus Abbatis corpus, quod illic antè positum fuerat, & supinum iacebat, sese vertit in latere, & vacan-tem sepulcri locum ad sepeliendum Presbyteri corpus praebuit, & quia utrosque locus ille caperet, sicut viuus promiserat, mortuus impleuit. Haftenùs Sanctus Gregorius, qui hoc apud Praenestina Vrbem in Beati Petri Monasterio gestum repetit, in eoque se diuersatum initio narrationis satis innuit, vnde patet illi Monasterio Abbatem praefuisse vitæ vera-

nera.

nerabilis, ac Monachos in eo habitasse, è quibus ille, qui ad reuerendos mores prouectus fuerat, Presbyter ordinatus sit. Regulam siue institutum Sancti Benedicti professos eos crediderim, quando illud tunc præcipuè vigeat in Italia, numerum Presbyterorum succreuisse, illisque Præfectum Archipresbyterum docet Inscriptio ante decennium in Ecclesia ipsa Beati Petri reperta incisa lapidi, qui tumulis impositus, & obuersus iacebat, illam, vt exscripsi, repræsentò.

ARC PBR GG.

PBR RICCARDVS.

PBR BON' HO.

PBR AMDRIC'.

PBR NYCOLAVS.

BEN. DIACALBT' D.

Presbyteris additi sunt, & Diaconi: characteres videntur esse posterioris aui, & ad nonum, seu decimum sæculum eos faciliè referrem.



De

*De Prænestinis Episcopis ab anno Christi
Jii DCXLII. vsque ad annum M.*

CAPVT IX.



To. 2 Concil.
Binij.

Action 4.

IN Synodo Romana, quæ habita-
est sub Martino Papa Primo ad-
uersus Monothelitas anno Impe-
rij Constantini *πρωγονδης* IX. Indi-
ctione VIII. die III. Non. Octo-
bris, siue anno Publicæ Salutis
DCXLII. resederunt Maiurinus
Episcopus Prænestes, qui & Maiorianus dicitur,
Deodatus Spoleti, Deodatus Amerinus, Bonus Fi-
coclensis, Martinus Centumcellensis, & alij, qui
Græcè nominantur in Vaticano Codice MDCLV.
quem exscriptum Eminentissimi Cardinalis Fran-
cisci Barberini liberalitate, Latioque donatum cum
Martini Papæ sanctitate celeberrimi vita euulgare
fuit animus. Synodo quoque Romanæ sub Agatho-
ne Papa Primo ad explodendum penitus suprascri-
ptorum hæreticorum errorem collectæ anno Chri-
stiano DCLXXX. subscripsit Stephanus *ἐλάχιστος ἐπί-
σκοπος τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας Πραίνεστίνης*. (vt loquuntur Acta
Oecumenici Concilij VI. Constantinopoli habiti)
minimus Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Prænestinæ.
Sic opposuit se murum pro domo Domini, & con-
trà Monothelitas è Præneste alter hic emicuit pu-
gil orthodoxæ veritatis assertor. Leonis Tertij Au-
gusti anno VI. Christi DCCI. subscriptione sua Sy-
nodum Romanam sub Gregorio Secundo Papa ce-
lebratam aduersus illicita coniugia confirmavit Ser-
gius

gius Prænestinus Episcopus. Paulo post Venantius, seu Valentius Penetri, seu Prænestæ, seu Penestræ, & Sanctæ Ecclesiæ Prænestinæ Episcopus (viti variant Codices) Synodo Romanæ sub Zachariâ Papa Primo interfuit, atque subscripsit anno à Christo Nato DCCXLIII., & Synodo præterea II. sub eodem Papa congregatę anno DCCXLV. Diplomati verò, seu Epistolæ Pauli Papæ Primi datæ anno XVI. Constantini Copronymi, qui incidit in annum Christi DCCLVII. subscripsit Gregorius humilis Episcopus Ecclesiæ Prænestinæ, à quo (vt opinor) a ius est Georgius, qui Gregorius fortasse traiectis litteris per errorem, siue per ἀγρίων (viti ius vis, pives nares, μὲρον forma, Crispus Priscus) ab Anastasio Bibliothecario interdum appellatur, & à Mariano Scoto ad annum DCCLXVII. atque Prænestinus Episcopus, seu Prænestæ narratur metu compulsus post Pauli I. Papę obitum Constantinum fratrem Totonis Ducis Nepefinę Ciuitatis per vim intrusum in Apostolicam Sedem Clericum, Subdiaconum, atque Diaconum, & Pontificem denique consecrassę. Apponam verba S. Antonini. *Paulo Papa I. defuncto, Toto, seu Dodo quidam Dux Nepefinę Ciuitatis, qui magnas diuitias sibi conseruauerat, & multos tam è nobilibus, quàm è populo in Ciuitate Romana fautores habebat, congregata è Ciuitate Nepefina, tum ex alijs Ciuitatibus Tuscię vicinis, militum, & peditum multitudine, in Urbem venit, vbi à populo, quibusdam sibi adherentibus suggestione Diabolica Constantinum fratrem suum adhuc Laicum in Papam eligi curauit, quem cum armis, & tumultu in Ecclesiam Lateranensem milites introduxerunt, & accersito Gregorio, siue Georgio Prænestino Episcopo, illum compulerunt vt dictum Constantinum in Clericum tonsuraret, qui cum se ab il-*

Binius, & Co
dex canon. u.

Binius to. 1.
Conc. e m. f.
Calicea.

Suid. Cuiac.
in obser. iur.

13 chronio.

lis arctari vidisset, se ad pedes nefandissimi illius Constantini prostravit, adiurans illum per omnia Diuina Mystera, ut à tam impia presumptione cessaret, ne per eum tam inaudita temeritas in Ecclesia Dei inciperet pullulare, sed cum circumstantes armati illi nisi hoc faceret minarentur, facta oratione illum Clericum ordinavit, & sequenti die Diaconus ordinatus ab eodem postea Dominica sequente cum multitudine armatorum ad Ecclesiam Beati Petri properans ab eodem Gregorio, seu Georgio Praenestino Episcopo presentibus Albanense, & Portuense Episcopis, Episcopus est ordinatus, atque consecratus, & per annum unum Apostolicam Sedem tenuit, Presbyteros VIII., Diaconos IV., & Episcopos VIII. per diuersa loca constituit. Anastasij quoque verba subiiciam ad annum Christi DCCLXXIX. Antedictus verò Georgius Episcopus Praenestinus, qui eum Diaconem, & Pontificem consecrauit, non post multos dies valida, & pessima aegritudine praecipuus immobilis factus est, & postmodum Missarum solemnias nequaquam celebrauit, eius enim dextra manus aruit, atque contracta est, quam etiam nec ad os suum afferre valuit, sicque tremens, & languens vitam finiuit, quæ refert Cardinalis Baronius in Annalibus Ecclesiasticis. Stephanus Episcopus Praenestinus, seu Praenestinae Ecclesiae anno Christi DCCLXXI. memoratur in monumentis exaratis calamo Cœnobij de Aniana Magalonensis Diœcesis, quæ mihi suspectissima sunt, ex quo illorum exemplum integrum vidi. Successit Andreas Episcopus Praenestinus, qui sub Stephano IV., seu V. vixit, & dein ab Hadriano Primo Papa missus fuit anno DCCLXXIII. vna cum Eustathio, seu Eustratio Albanense, ac Theodosio, seu Theoderico Tiburtino Episcopis Interannam ad Regem Longobardorum Desiderium,

In Steph III.
seu IV. edit.
Megunt.

ad illos an-
nos.

Torrig. in-
Crypt. Vatic.
Sigon. l. 3. de
Reg. Ital.

vt ingressu Romanæ Regionis illi grauissimis pœnis
 propositis interdiceret. Episcopum Præneste-
 Codex Vaticanus MDCCLXII. m. s. scribit, filium
 Spentonis asserit Zazzera e M. Curtij Carmelitani
 libro de rebus Interamnatium, sed fides sit penes
 auctorem. Fortè hæc Iteramne fluminea, seu In-
 teramne Palestina, seu Plestina Picini, seu Pice-
 nensis, aut Teramne, quin & Interamnja Ptole-
 mæo, & Interamnium, vulgò Teramo in Piceno Su-
 burbuario, cuius Episcopus subscripsit Concilio
 Romano Tertio, sub Hilario, nunc in Aprutio; alia
 est Interamna in Vmbria, cuius Episcopus Felix
 subscripsit Concilio Romano Tertio sub Symma-
 cho, de hac Plinius agit, inter amnis Naris cornua
 sita in planitie vulgò Terni. alia Interamna ad Li-
 rim. Neque in Prouincialibus tantùm Synodis
 operam strenuam Ecclesiæ Catholicæ nauarunt E-
 piscopi Prænestini, sed etiam in Oecumenico Con-
 cilio VII. anno Christi DCCLXXXVII. subscriptum
 comperio Ioannem Episcopum *πραινέτις*, pro *πραινέ-
 τισ*, vti iam monui, quod Nicææ aduersus Iconoma-
 chos conuocatum, & habitum fuit, cuique præse-
 derunt Hadriani Papæ Primi Legati, assederunt ve-
 rò Episcopi CCCL., & interfuit ipse Constantinus
 Imperator cum Irene Augusta; imò videtur potius
 hic Ioannes Urbis Præneti in Bithynia Episcopus,
 cuius meminit Palladius, in ea Thermæ celebres
 erant, de quibus auctor Epigrammatum canit; cer-
 tè v. Synodo Oecumenicæ Constantinopolitanæ
 subscripsit Sisinnius misericordia Dei Sanctæ Eccle-
 siæ Præneti Ciuitatis Episcopus. Sæculo Nono in-
 eunte, siue anno 804. Christi, Stephanus Episcopus
 Ecclesiæ Prænestinæ interfuisse consecrationi Sancti
 Saluatoris de Aniana in agro Magalonensi traditur

Anast. in Ste-
 ph. IV. & Ha-
 driani I.
 p. 2. della No-
 bilità d'Italia
 in simigl. de'
 Castell.
 Iul. Front. de
 Co. o. i. inter
 auctores sin.
 reg. n. 1. x
 lib. Baldi Pro-
 uinc. Picini
 not. Rigaltij.
 l. 3. c. 1. Geo.

l. 3. c. 28.

Act. 7.

in vit. s. Ioan.
 Chrystost.
 Græc. Epigt.

Collat. 8.

num. 194.

supraſcriptis in tabulis Conſtantine Epifcopus Prae-
neſtinus interfuit Concilio Romano ſub Eugenio
Secundo anno 826. apud Baronium ex Vghello.
Hic verò ingens hiatus, ſeu lacuna patens uſque
ad 963. annum ſarciri à me, nullo modo potuit
penuria monumentorum, quæ Barbariem tunc
has oras peruadente intercidiſſe opinor. Con-
queritur anno 876. Ioannes Papa Octauus, ſcribens
ad Carolum Imperatorem illo æuo. *Sanctam Ro-
manam Eccleſiam periclitari, & in nouiſſimum dedu-
ctam exitium videri, hinc inde non ſolum hanc Idumæo-
rum, & Iſmabelitum tabernaculis, & Agarenis quoti-
diano gladio, & captiuitate in interitum impellentibus;*
*verùm etiam falſis filijs Sarrae in prædam, & direptio-
nem miſerabiliter immittentibus, ita ut & illi ſepè ad
muros Vrbiſ quamuis clandestinis horis peruenerint,*
*ſed & Tyberinum fluuium, qui Albula dicebatur, iux-
tà Sabinorum conſinia pertransferint, & iſti, qui vicini
nobis ſunt ex altera parte, ita ſeuiant, & debacchentur,*
*ut non hominem, non agrum, non iumentum, non pe-
cus, non quidquam ex hæ, quæ iuris Sancti Petri exi-
ſtunt, dimittere patiantur; ſed omnia, quæ oculo vi-
dent, manu diripiant.* Anno certè 846. ſedente Ser-
gio Secundo Saraceni prædæ libidine ſtimulati, claſ-
ſem inſtruxerunt, egreſſique Africa excurrerunt, &
Siciliam, vicinasque inſulas depopulati, adpulerunt
ad littora Romana, & ad Urbem ipſam properan-
tes Baſilicas Sanctorum Petri, & Pauli diripuerunt,
& ablatis, aſportatiſque ornamentis, ipſiſque valuis
argenteis Baſilicæ Vaticanæ, caſis, vel abductis
multis ciuibus Appia Via digreſſi, Fundos, & obuia
quæque ferro, ac flamma vaſtantes propè Caietam
conſederunt, Romæ, Latioque infeſti, donec Anno
95. à Ioanne Decimo, ſiue Vndecimo Papa re-
preſſi,

10.1. Ital. Sac.

fortè immi-
nentibus.

Leo. Offien.
ſiue Marſif.

Deſiderius
Caſinen. m. ſ.
in D. al. Cod.
Vatic. 1103.

pressi, cum Sancti Petrus, & Paulus Apostoli visi sunt adesse pugnantibus, in Montem Garganum refugere coacti sunt. Nihil igitur mirum si sævientibus, & grassantibus tam immaniter Saracenis perierunt Acta, & auctores, è quibus Prænestinorum Præsulorum nomina, resque gestæ poterant innotescere, imò ne Prænestes quidem nomen hocce caliginoso tempore vllibi memoratur. Vnus Ioannes Geometra, qui anno 940. scribebat, vt ex eius Carminibus in Nicephorum Phocam, & Ioannem Tzimiscem, & Polyeuctum Patriarcham Constantinopolitanum colligi videtur, Prænestinum vinum, & oleum celebrat hisce versibus.

Ἰωάννης τὸ Γεωμέτρει εἰς αἶνον τὸν Περγινεσίτην

Ὡ καρπὸς ἡδύς Περγινεῖε πανταγέτης;

Ὡ νέκταρ, ὕψις ὅ τις Θεοῖς Γανυμήδης

Κερνά νεκτὸς τις, ὃ δὲ γαννώσασθαι θρόνος.

Τέτις πῖάν τις αἶμα φησε κυρία.

Τὸ Κυριώτε τῶτα μικρὰ φροντίδες

Ὁ Κυριώτης τῶτα μέγιστα καὶ σχέδην.

Τὸ αὐτὸ,

Τρεῖς δ' ἐλάμων εἰσὶν εὐφυῆ πόλεις,

Νίκαια, καὶ Πρανεσῶς, ἢ τ' Ἐρεχθεῶς.

Νυσίς vel Νυ-

σίς vel Νυσέως

1. Bacchi in

Nysa monte

nati.

Lib. 1. c. 1.

Scio ab Athenæo vinum Prænestinum inter alia melioris notæ commendari, & a Bacchio, iam adnotauimus; addubito tamen ne vinum Prænetites hic dilaudetur, cum Prænetus Bithyniæ Vrbs, de qua egi, fit vicinior Constantinopoli, & in Obsequij Themate posita sicuti Nicæa, vinum, oleumve potuerit Aulæ Constantinopolitanæ pendere, atque suppeditare. Quamuis ipse Ioannes fuerit Patria Byzantius, nihilominus Leo Allatius Græciæ ocellus, & lumen

Lib. 1. c. 1.

an aliquam ob caussam venerit ille in Italiam, & vino Prænestino degustato carmina ista effuderit dispiciendum, & anquirendum proponit; quin & Constantinopoli cum alijs mercibus vinum, & oleum è Præneste deuehi potuit, ibique ab eo tam præclaro elogio prædicari.

Card. Baron.
to. 10. anal.
Luitpr. Le-
uita Ticinen.
l. 6. c. 6. inter
Germ. Scrip.

Edit Franco-
furt. a. 1607.

par. 2. Biblio-
thec. hist.

to. 10. anal.
eccles. ad an.
964.

l. 4. c. 10. Sa-
xoniz.

Conciliabulo Romano aduersus Ioannem Duodecimum Papam interfuit, & subscripsit anno à Christi Natali 963. inter cæteros Theophylactus Episcopus Prænestinus sub Imperio Augusti Othonis. Græcum id nomen, vel ἑλληνα, vel φιλέλληνα ipsum arguit, vnde Ioanni Geometræ, vel popularem, vel peramicum conijci potest, & fortassis è Magna Græcia Italiæ, quæ tot Pontifices, tot Ecclesiæ Romanæ administratos protulit. Leo Octauus Antipapa in Bulla, quam edidit cum scholijs Theodorici à Niems inter Imperialia Statuta à Carolo Magno ad Carolum Quintum compilata damnatus auctor Melchior Goldastus, cum alia, quæ Romanæ Ecclesiæ à Iustiniano Imperatore, Ariperto Rege Longobardorum, Pipino, atque Carolo Magno donata fuerant, refundit, atque largitur Othoni Augusto, tum territorium Prænestinum, adiungiturque subscriptio Gratosi Prænestini Episcopi. Verùm diploma hoc Leonis Octaui falsum suspicatus est Vignierius, etsi suspectus scriptor, e Luitprando, Reginone, atque Onuphrio Panuino. Cardinalis verò Baronius falsi omninò arguit. Illius suspicionis argumenta sunt, quod 6. Indictio pro 7. sit supposita, sed apud Crantzium deest Indictio, & in numero labi potuerunt operæ; quod Venetiarum Insula, Histria, & Dalmatia Romano Pontifici donatæ recenseantur, nomineturque Ferrariæ Ducatus, & Capitanata, neque cum formula Donationis à Ludouico

donico Pio Augusto facta, & à Sigonio prolata conueniat; quod Rupertus Rex, qui donasse Romanæ Ecclesiæ narratur, ignoretur; sed Aripertum Regem Longobardorum reponendum vel è Crantzio constat, & Donationem Patrimonij Alpium Cottiarum, quæ quondam ad ius pertinuerant Sedis Apostolicæ, sed à Langobardis multo tempore fuerant ablata, aureis exaratâ litteris Aripertum direxisse Româ affirmat Paulus VVarnefridus. A Græcis in territorio Histriensi residentibus Mauritium Episcopum Histriensem pensiones exigentem Beati Petri in scripto territorio malè mulctatum oculis erutis queritur Hadrianus Papa Primus; Prouinciæ Venetiarum, & Histriæ continentur in Donationibus Pipini apud Leonem Ostiensem, Caroli Magni apud Anastasium Bibliothecarium; Ludouici Pij, & Othonis Primi Donationes confirmant eas, quæ priores erant, Venetiarum nomen exstat in Inscriptione Neapolitana, quam refert Doctissimus Aleander, & apud Aethicum, S. Ambrosium, Sempronium, Cassiodorum, Iustinianum Augustum, atque Iordanem, diuisa enim erat Venetia Prouincia in superiorem, & inferiorem è Notitia Imperij. Sigonius recens est auctor, & omittere potuit aliqua; singularum Urbium ditiones, quia regebantur à Ducibus, appellabantur Ducatus, sic Perusinus Ducatus, Nepefinus, & alij passim apud Anastasium. Ferraria, igitur, quæ Vrbs constituta dato Episcopo à Vitaliano Papa, Ducatus dici potuit. At Cardinalis Baronij rationes sunt quod Leonis Octauæ diploma fuerit datum anno Christi 964. die 3. Kal. Maij, cum tamen Otho non sit Urbem ingressus vnâ cum Leone Octauo Antipapa, nisi ad diem 9. Kal. Iulij; quod Cardinalium, & Episcoporum nomina sint immutata.

lib 6. de Geff
Langobard.

Volum. epist.
Rom. Pont. à
Gretsero ed.
Ingolstadt. in
4. an. 1613.

l. 1. c. 7. seu 9.
Chron. Casin.
nen.
in vita Had.
I. Gretser. lib.
de munif.
Princ. in sed.
Apost.
Aleand. in
Obseru. m. f.
in Cosmogr.
ic ep. ad Ec.
cles. Verzell.
de diuis. Ital.
l. 12. ep. 24.
Nouell. 29.
de reb. Getic.
Papyr. Mas.
son. in vic.
Episc. Urb.

tata, aliaque à nominibus eorum, qui anno superiori interfuerant Conciliabulo aduersus Ioannem Duodecimum; ita vt tot Cardinales, & Episcopos tam breui temporis spatio interiisse fingendum sit; id autem incredibile videtur: quod tituli Ecclesiarum Romanarum ignoti, & inauditi tribuantur Cardinalibus, quod ipsius Othonis constitutioni aduersetur, quod Iustinianus Augustus nihil Ecclesiae Romanae donarit. Iustinianum Secundum, seu Πρωτόμνητον hic intelligi vult Goldastus dubius, qui Bullam Leonis Octavi proteruè tuetur, sicuti Theodericus à Niems, à quo exhibita fuit integra, & cum scholijs adiectis. Crantzius ex ea tantum aliqua frustra refert. Iustinianum quidem Iuniorem, siue Secundum confirmasse vetera priuilegia Romanae Ecclesiae à prioribus principibus concessa, quo tempore Constantinus papa illum adiit, testantur summo consensu Historiographi. Iustinianum vero Primum Dei ministris Ecclesias edificando multas opes donasse VVerne- rus scribit, sed hinc ab his Romam, Italiaeque Pro- uincias pontifici Romano concessas non infertur. Catapani nomen, quo Magistratus impositus Apulie, & Calabriae à Cesare Constantinopolitano anno Salutis DCCCCLXXXIII. vocitabatur, & à quo regio Catapanatæ, seu Capitanatæ contractis, atque immutatis litteris cognomentum tulit, eo tantum anno exortum est. Falsi autem conuincitur, atque planè commentitia, & adulterina manifestè proditur Faustini Capituli Senatus Exconsulis, & Probrini Exconsulis de palatio Luciano testium Laicorum subscriptione. Nam hæc nomina Exconsulum è Vitis pontificum, quæ Damasi nomine circumferuntur ab Anastasio collectæ, desumpta hic attextæ sunt intempestiuè, atque mendosè per foedissimum

VVerne-
Fascic. Temp.
commemo-
rat.

S. Antonin.
Chron. Rei-
cherispergen.
Platin.
Panuin.
Ciac.
Fascic. Temp.

Sigon. l. 7. de
Reg. Ital.

Ferron. in
Lodou. XII.

mum ἀρεθόνισμον. Illi enim vixerunt circa Salutis annum CCCCXCIIIX. sedente Sancto Symmacho Pontifice, vti patet ex eodem libro, apud quem Festus Caput, seu Princeps Senatus Exconsul, & Probinus Exconsul, aduersarij Sancti Symmachi dicuntur pugnasse cum alijs Senatoribus, & maximè cum Fausto Exconsule. Itaque Vignerius, Baro-
 nius, eiusque defensor Gretserus, & Frizonius contra Platum imposturam spuriam, & fictitiam esse Leonis Octaui Pseudo-Papæ hanc Sanctionem asserunt, illamquè meritò rejiciunt. Gretserus præsertim pro Theophilo, seu Theophylacto Prænestino Episcopo Gratiofum excogitatum, & substitutum affirmans. De hoc igitur Gratiofo tamquam intruso, & ὑποβολιμαίω, quia non liquet, anquirendum amplius. Certissimus est Stephanus anno à Christo Nato 988. cuius diploma è Sublacensi tabulario hic exscribo, sed defæcatum paululum abstersa stili rubigine.

c.9. Apolog.

In Gall. Purpur.
lib. de Card. Officio.

*Anno Deo propitio Pontificatus Domini Ioannis Summi Pontificis XV. Papæ in Sede Beati Petri Apostoli III. Indiçt. I. Mensis Aprilis die XXIV. Placuit igitur cum Christi auxilio, atque conuenit inter Dominum Stephanum Domini gratia Episcopum Prænestinensis Ecclesiæ consentiente sibi cuncto Clero eiusdem Episcopij, & è diuerso Stephanum Presbyterum eiusdem Venerabilis Episcopij, & patrem in cuncta Congregatione Monachorum fratrum, qui ad regulam pij Patris Benedicti Abbatis vitam duxerint introeuntes, & in Dei seruitio permanentes in subscripta Ecclesia in perpetuum, vt cum Domini adiutorio suscipere debeant à superscripto Stephano Domini gratia Episcopo, sicut suscepit prædictus Stephanus Presbyter, id est Ecclesiam vnã in integro in honorem Sanctæ Dei Genitricis Virginis Maria, Sancto-
 X rumque*

rumque Martyrum Christi Stephani, atque Laurentij
 Leuitarum Christi, quam Tu superscriptus Stephanus
 Presbyter de proprijs Tuis sumptibus, vel expendijs à
 fundamento edificasti, & cum vineis, & terris, & hor-
 tis, atque domibus, & cum ingressu, & circuitu, quos
 ipsa Ecclesia habere videtur, quam de Tuo iusto pretio
 habes emptam à Leone conductore Petri Medici filio, qua
 est posita territorio Praenestiniensi in fundo Colle, qui vo-
 catur de Quarangulo, & habet affines ab vno latere
 vineam de Gisa, & à secundo latere Domicium Presby-
 terum, & Ioannem Rinctum, & à tertio latere vineam
 Vrsi Zappacineri, & à quarto latere viam iuris Episco-
 pi, ita ut suo studio, suoque labore superscriptus Ste-
 phanus Presbyter, eiusque successores iamdictam Eccle-
 siam cum omni sua pertinentia, siue offerta, qua à Chri-
 stianis vtriusque sexus ibidem offertur viuorum, vel
 mortuorum omnium in usum Monachorum ibidem com-
 morantium, & Deo seruientium pro sustentatione eorum
 corporum absque vlllo litigio, vel contentione, siue etiam
 excommunicatione à me, meisque successoribus in per-
 petuum habeant, pro qua etiam superscripta Ecclesia cum
 omnibus ad eam pertinentibus, ut superius legitur, da-
 re, atque inferre debeat superscriptus Stephanus, vel
 Monachi, successoresque eorum superscripto Episcopo
 singulis quibusque Indictionibus sine aliqua mora, vel
 dilatione pensionem denarium vnum. Hac omnia, que
 huius perpetualis seriei textus eloquitur, inuiolabiliter
 obseruare vtraque pars, & adimplere promittat. Quod
 si quisquam eorum contra hanc perpetualem chartam,
 in toto, parteuè eius quolibet modo venire tentauerit,
 tunc non solum periurij reatum incurrat, verum etiam
 daturus se, successoresque suos promittat partem parti
 fidem seruanti antè omne litis initium pœna nomine
 auream vnã libram obryzã, & post absolutam pœ-
 nam

nam huius perpetualis chartæ series in sua nihilominus maneat firmitate. Has autem duas chartas uniformes vno tenore conscriptas per manum Ioannis Scriniarij pariter dictauerunt, easque proprijs manibus roborauerunt, testibus ab eis rogatis obtulerunt, & sibi inuicem tradiderunt sub stipulatione, & sponcione solemniter interpositis. Actum Romæ die, anno Pontificatus, mense, Indictione suprascriptis primum. † Stephanus Domini gratia sanctissimus Episcopus Sanctæ Prænestinensîs Ecclesiæ consentiente sibi cuncto Clero eiusdem Venerabilis Episcopij in Te Stephane Presbyter, & in cunctam Congregationem cunctorum Monachorum presentium, & successorum hanc chartam perpetualem proprijs manibus meis scripsi, & testes, qui scriberent, rogavi. † Sergius Presbyter in hanc chartam consensit, & manu mea scripsi. † Franco Presbyter in hanc chartam consensit, & manu mea scripsi. † Christophorus Nob. vir testis rog. interfui, & manu mea scripsi. † Crescentius de Bonizo interfui, & manu, &c. † Petrus de Ortano interfui, &c. † Ego Ioannes Scriniarius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ post omnium testium subscriptiones compleui, & absolui. † Andreas de Mira testis. † Dominicus de Romano testis. † Ego Beñ in Dei nomine Scriniarius Ciuitatis Prænestinæ post omnium testium subscriptionem, & Indic. compleui, & absolui.

Decimum sæculum claudit, & aperit vndecimum Petrus S. R. E. Cardinalis Episcopus Prænestinus, qui Sanctæ Sedis Apostolicæ Bibliothecarius fuit anno 996. teste Ferdinando Carolo, Sergij Papæ IV. diploma datum anno Pontificatus III. Indictione X. die V. Kal. Martij fuit per manus Petri Episcopi Sanctæ Prænestinæ Ecclesiæ, & Bibliothecarij Sedis Apostolicæ exstat illud in Chronico Monasterij Sancti Vincentij ad Vulturum, annusque is putatur

X 2

Chri-

lib. m. f. de
Biblioth.

10. et. annal.
eccl.

Vghel. 10. 1.
Ital. Sac.

Christi MXIV. , legitur aliud diploma Benedicti Octani Papæ datum per manus Petri Episcopi Prænestinæ Ecclesiæ, & S. R. E. Bibliothecarij apud Cardinalem Baronium anno Christi MXVII. reperitur, & subscriptus Petrus Episcopus Prænestinus cuidam privilegio Gregorij Quinti indulto Abbatia Sancti Saluatoris de Monte Amiato. Ad hunc Petrum scriptam à Petro Damiani suspicor XIX. Epistolam suspicor, cum esset adhuc Diaconus, & Cancellarius. Ad Petrum quidem Canonice Lateranensis Archipresbyterum misit, idem Petrus Damiani Opusculum XVIII. contra Clericos intemperantes.

De sex Episcopis Cardinalibus S. R. E. è quibus vnus est Prænestinus.

C A P V T X.



1. A. c. r. des
considerat.

LERVM illum ordinatissimum esse decet, ex quo præcipuè in omnem Ecclesiam Cleri forma processit, vti docet Sanctus Bernardus ad Eugenium Papam de Clero Romano agens. In illo autem ipsis ab incunabulis Episcopus vnus esse debebat, conspiciebantur Presbyteri XLVI. , Diaconi VII. Subdiaconi VII. Acolythi XLII. , Exorcistæ, & Lectores cum Offiarijs LII. , viduæ cum indigentibus MD. quos omnes Deus alebat teste Cornelio Papa in Epistola ad Fabianum, seu Flavianum Antiochiæ Episcopum, vnde florentissi-

tiffimum Clerum Romæ cum Cornelio Papa Præfidentem vocitat Sanctus Cyprianus: nullum tamen arduum negotium ab Urbis Episcopo, atque ab eodem Clero peragebatur nisi adhibitis Episcopis. Ipse Papa Cornelius cum schismaticos Confessores ad unitatem recepit; Omni actu (scribit) ad me perlato placuit contrahi Presbyterium, id est Presbyterorum Senatam, seu Concilium cogi; adfuerunt etiam Episcopi V., qui & hodie præsentibus fuerunt, ut firmato consilio quid circa personam eorum observari deberet, consensu omnium statueretur, Presbyteri verò, & Diaconi Romæ consistentes cum quibusdam Episcopis vicinis sibi, & appropinquantibus, & quos ex alijs Prouincijs longè positis persecutionis ardor eiecerat. Lapforum curam temperandam credunt, & nihil innouandum antequam Episcopum constituerent, vacabat enim sedes; vnde liquet perpetuam ferè Synodum Episcoporum Romæ fuisse cum Episcopo ipso Urbis, cumque Clero etiam in Pontificio interregno degentium. Concilio Romano, quod à Sancto Siluestro Primo Papa intrà Thermas Domitianas, quæ Traianæ cognominabantur, congregatum CCLXIX. seu CCLXXII. siue CCLXXVII. imò potius CCLXXXIV. Episcoporum, è quibus CXXXIX. ex Vrbe Roma, vel non longè ab illa euocati aderant, & CXXXIII. plus minus è Græcia, & alijs è regionibus subscripserunt. Præterea interfuere Presbyteri Urbis Romæ XLII., seu XLV. Diaconi VI., Subdiaconi VI. Acolythi eius consilio facti XLIV., Exorcistæ XXII., Lectores Urbis XC., Notarij XIV. Actum adscribitur XIII. Kal. Iuliarum, seu III. Kal. Iunij die, & anno Christi CCCXXIV. Cons. Crispo Cæs. III. & Constantino Cæs. III. Urbis conditæ MLXVI.; cum anno superiori

Euseb. c. 33.
l. 6. eccl. hist.

Ep. 55. ad S.
Cornel.

S. Cornel. in
ep. 46. ad S.
Cyprian.

ep. 31. ad S.
Cyprian.

Panvin. in
Fast.

rioni abrogata fuissent antiqua sacra; nec enim Pri-
 sco Cos. legendum cum sit operarum error, & ἀν-
 σοιχίων, quemadmodum in Suida, neque mirandum
 quod CXXXIX. Episcopi vel ex Vrbe, vel è vicinia sint
 collecti. In Codice namque Prouinciali numeran-
 tur adhuc Episcopi Romanę Prouincię LXXV. in Su-
 burbicarijs verò, Urbicarijsque Prouincijs plures ex-
 stiterunt, è quibus multi nunc desiderantur, vastatis
 eorum sedibus, variosque ob casus desertis, & exci-
 sis. Ecclesia quidem Christiana nata est sub Descri-
 ptione Italiae ab Augusto distinctae in XIV. regiones,
 vt apud Plinium videre est, & Archiepiscopi, ac
 Episcopi constituti sunt vbi praefecti Praetorio, Pro-
 consules, Praetores, alijque Magistratus residebant,
 Sed Hadrianus Augustus Italiam in XVII. Prouin-
 cias diuisit, tum Constantinus, deinde Theodosius.
 Erant autem sub Urbis Vicario Consulares Campa-
 niae, Tusciae, Umbriae, Piceni Suburbicarij, & Si-
 ciliae; ac vicissim sub Archiepiscopo Romano quam-
 plurimi Episcopi, neque LXX. tantum in V. Regionibus
 circum Urbem, quibus l'Eschaffier putat suc-
 cessisse LXX. Cardinales S. R. E.; sed longè plures se-
 derunt, quamuis non semper vsquequaque Politi-
 cum ordinem, ac regimen sectata sit Ecclesia, imò
 potius (vti iam monui) seriem disseminati Euange-
 lij. A Nicænis namque Patribus, tum à Sancto Leo-
 ne Papa Ecclesiasticae Prouinciæ, ac Dioeceses fuere
 potissimum stabilitae. In Electione quidem Bonifa-
 cij Papæ Primi subscripsere plus minus LXX. Presby-
 teri adstantes, & IX. diuersarum Prouinciarum Epi-
 scopi, & ex Epistola Cornelij Papæ laudatæ Presby-
 teros XLVI., Diaconos VII., totidemque Subdia-
 conos in Ecclesia Romana fuisse constat, vnde patet
 Presbyteros S. R. E. Cardinales Episcopis Prouincia-
 rum,

Rebuff.

Miraus in
Notit. Epif.p. du Four.
Leontij Fo-
roul.l'Eschaffier
de Reg. Sub-
urb.Elesac. de
auctor. Epif.Relat. in Au-
ctar. Sym-
mach.

rum, seu Regionum Vrbicariarum non successisse, sed ex antiquissimo Instituto persistere, illorumque numerum, qui hodieque à Sixto Quinto præscriptus, & definitus viget, à vetusto non discrepare. Id euincitur, & è Romano superscripto Concilio, in quo XX. canones editi sunt, damnatique Hippolytus Diaconus Valentinianista, & Callistus Sabellianus, & Victorinus Episcopus non Pictauiensis Vrbis, sed petauionensis, seu pitabionensis, vti Sanctus Hieronymus, & Sophronius asserunt. Petouion, autem seu Pætouio est oppidum Pannoniæ superioris Ptolemæo Petouium, seu Πάττιον. Pætouion Tacito, Pitybion Sancto Athanasio, Petobion Ammiano, qui locat in Noricis, Lazius, Rhenanus, & Ortelius in Styria exstare adhuc tradunt, & Episcopatum fuisse, sicuti Ferrarius, qui Galestinum reprehendit, & ab Episcopatu Patauiensi sito in Vindelicis disertè distinguit, hallucinatus est (pace tanti viri sit dictum) Cardinalis Baronius, dum Victorinum Episcopum pictauiensem in Gallia opinatus est, & Canonem secundum irrepisse putat, illapsunque huius Concilij, quod secundum vocat (cum sit primum Romanum sub Siluestro primo) Canonibus, nam Iouianus, seu Iouinianus, & Victorinus Episcopus Petouionensis damnati edicuntur, quia dicebant Pascha non venire die suo, seu Quartodecimanis erant. Victorinum verò eo in errore versatum crediderim, quia Millenariorum errorem sequebatur, ita docet Sanctus Hieronymus, atque hac de causa Victorini opera, vt Apocrypha reijcit Gelasius papa primus, & licet Cardinalis Baronius ad tempora vsque Damasi Papæ primi Ecclesiam suspensio iudicio supersedisse damnationi Millenariorum, seu Chiliastarum dogmatis putet, & quando Apol-

lib de script.
Eccles. seu
Vir. Illustr.
l. 3 Geograph
c. 15.
Græc. edit.
Paris.
l. 3. histor.
In Apolog.
ad Constant.
l. 14. hist. l. 12
Comm. Reip
Rom. c. 5.
sect. 4.
l. 3 rer. Ger-
manic.
in nou. Topogr.
in pi-
tau & pita-
bion.
in not. ad
Marty: ol. 2.
Nouemb.

de Scriptor.
Ecc. in Pa-
pia.

c. S. Romana
ditt. 15.

Apollinaris Laodicensis Episcopus eiusdem Sectator à Damaso condemnatus fuit, illud quoque damnatum arbitretur; & Sancti Hieronymus, atque Augustinus propter auctoritatem verustatis, & reuerentiam asseclarum Papiæ (scilicet) Irenæi, Iustini, Victorini, & Lactantij, vt Tertullianum, & Nepotem omittam, ac Seuerum, qui postea vixit, damnare penitus non sint ausi, quamuis incessant, passimque irrideant. Quia tamen Cerinthus Hæresiarcha opinionem Millenariorum promulgauerat, & Legalium Præceptorum obseruationem Iudaicam reducebat, atque Luna XIV. Paschalem solemnitatem cum Iudæis obseruabat, vt Philastrius narrat, & Sanctus Gregorius Nazianzenus scribit, quia etiam Dionysius Alexandrinus Episcopus libris duobus superscriptum Nepotem Millenarium confutauit. A Siluestro Papa Primo Victorinum Episcopum Millenarium quasi Quartodecimanum, & Cerinthianum damnatum in isto Romano Concilio censeo; tametsi Victorinus postea suo sanguine maculas illas eluisset sub Diocletiano ad annum Christi CCCIX. Martyrio coronatus, & Sanctis adscriptus, inque Fastos Ecclesiasticos deinde fuerit relatus, sicuti Sanctus Cyprianus Episcopus Carthaginensis, qui opinionem de rebaptizandis hereticis tam acriter, ac proteruè professus fuerat. Legitur etiam nunc Victorini Commentariolus in Apocalypsin, quo Chiliastarum error refellitur, ita vt purgatum, & emendatum illum fuisse Sixtus Senensis sentiat; Cardinalis Baronius in Annalibus Victorinum damnatum à Siluestro in hoc Concilio alium fatetur à Pictauiense, & ab eo, qui Cyclos Paschales concinnauit, & ignotum esse, sicut & Callistum, atque Hippolytum, & Iouianum, seu Iouinianum.

Ve-

lib. de hæresibus c. 37. & Coriol. Chronolog.

Epist. 2. ad Cleod.

I. Bibl. Sac. a. uot. 273. & 277.

ad annum Christi 324.

in Euxini pe-
ripla.

Can. 20.

Dion. & Ap-
pian.

Lamprid. in
Alexan. hist.
Aug.
Auchent. Iu-
tiuran. col-
lat. 2.

Chron. Fran-
cisc.

dextera manu protensa iniicientis. Pacorum Re-
gem Ladis, siue Lazis datum ab Antonino Pio Ca-
pitolinus asserit. Exhibuit mihi vir antiquariae rei
peritissimus Leonardus Augustinus Senensis aeneum
quoque Numisma Traiani, cui auersa in facie cir-
cumscriptum est (*Regna adsignata.*) Arrianus
Regem Machelorum, & Heniochorum Anchia-
lum, Regem Lazorum Malassam, & alios enume-
rat, qui à Traiano, & ab Hadriano Regna obtine-
bant; Prusiam Regem Bithyniae, Cottium Regem
Alpium Romani memorant Historici. Præterea
Constantinum, eiusque filios Βασιλεύς, id est Reges
Græci omnes Scriptores vocant, è Græco Latinè
redditum Concilium istud nunc dumtaxat haberi
declarabo inferius. Tertium, quod illi subscripserit
Sancta Helena Augusta Mater Constantini post Dia-
conas, & Constantinum ipsum, patet quam sit im-
belle, quando, vt anteriori libro notauimus, Fulvia vxor
Antonij Edicta proposuit, Alexander Seuerus in
Mammæam matrem vnice pius omnia ex eius con-
silio egit, subscripsisse Iustiniani Edictis Theodoram
vxorem, & vnà iussurandum à Magistratibus exe-
gisse constat; Pulcheriam Martiani coniugem inter-
fuisse Concilio Chalcedonensi probant Acclama-
tiones *εἰς εὐλὴν* ipsi attributæ. Imperasse Irenen,
ac Zoen foeminas Constantinopoli certū est. In Cō-
cilio quoq; Pontigonensi anno Christi DCCCLXXVI.
Richildem Augustam Caroli Calui Imperatoris con-
iugem à Legatis Apostolicæ Sedis eò deductam,
quamuis corona redimitam stetit assurgentibus il-
li Episcopis à Faucheto traditur. Quartum de So-
lœcismis, adscribendum est imperitiæ Librariorum,
aut Interpretis, quia Concilium istud è Græco ver-
sum, & translatum fuit in Latinum sermonem, cum-
que

que habitum sit anno Christi CCCXXIV. Crispo Cæsare III. & Constantino Cæsare III. Coss. Anno, qui consequutus est, CCCXXV. coactum fuit Nicænum Concilium Oecumenicum, & secundum etiam Romanum ab eodem Siluestro Papa congregatum præsentem Constantino Aug. cum CCLXXV. Episcopis intra Thermas quoque Domitiani post Synodum Nicænam, quæ ab illo sancitur, in quo septem tantum Canones, & mentio Arij, Photini, & Presbyteri Ariani, nullæ verò subscriptiones Episcoporum reperiuntur, vnde appingendi sunt huic secundo Romano Concilio Coss. Paulinus, & Iulianus, qui Consulatum gesserunt anno Urbis conditæ MLXVII. & Christi CCCXXV. quo Silvester accepit epistolam à Patribus Nicæni Concilij ad se directâ, datamque 13. Kal. Nouembr., & ijsdem Coss. Anno autem V. C. MLXVIII. Christi CCCXXVI. Constantinus Pater VI., seu VII. Consul fuit cum Constantino Cæs. Iuniore; rescripsit tunc Silvester ad Patres Nicænos, & vtrumque Concilium Romanum misit ad ipsos vt è Siluestri responso liquet. Græcè igitur ambo conuersa fuere, indeque rursus quasi postliminio donata Latio, vel à Dionysio Exiguus, vel ab Isidoro Hispalensi, vel ab Anastasio Bibliothecario, & infelicibus, quæ successere, sæculis exscripta sunt, vt etiam visum est Lazio; atque idcirco scatent mendis. Collector Conciliorum, siue Auctor Epilogi veteris in Editione præposterè Romana ista Concilia posuit, primum nempe posterius, & secundum prius, ὡς ἔργον πρότερον, vtrumque miscens, & confundens, atque primo perperam è Mariano Scoto Coss. Paulinum, & Iulianum attribuens, qui secundo sunt vendicandi. Quod attinet ad sextum obicem, nihil ille moratur eruditos,

Y 2 nam

Contras in
Fastis.

Fonto Du-
caus in plef.
saum.

lib. 2. Comm.
Reip. Rom.

anni 1528.

S. Hieron. ep.
ar. l. b. 10.

Salvian. in-
epist.

in ep. 4. & 25.
Iuon. Carnot

in histor. Au-
gust.

in Ephef.
Congl.

a. 3. 7. & 11.
c. a Subdia
con. 93. dist.

nam Domni vox, unde Domnio, & Domnula nomina propria, non mediæ tantum ætatis est, & frequens Scriptoribus Ecclesiasticis, quibus visa solius Dei propria vox Domini, quam Tertullianus tribui nolebat Imperatoribus, & quam è Paganis Cæsari- bus nonnulli etiam sunt auersati, ut Iuretus obseruat, addens Domnum scribi, cum de Ecclesiasticis agitur, cum de Laicis, Dominum, verum etiam ante Constantinum, atque Seuerum nomen Domini contractum fuit in Domnum, sic Domnædium pro Domino ædium dicebant, ut è Glossis probat Salmasius, qui florenti adhuc Imperio Domni, & Domnæ nomina priorum vice usurpata passim à Latinis, Græcis, Syris, & Aegyptijs è Photio, & ex Inscriptione Græca demonstrat, & Iuliam Domnam Seueri Augusti uxorem cognominatam ex Oppiano, & Inscriptione Albæ Iuliæ. Numus quidem, aeneus me penes hinc illam profert, circumque insculptum Elogium *Iulia Domna*, inde (*Veneri Vitrisci*) ut ut sit mendum esset exscriptoris, vel mos sæculi, quem retinent adhuc Ecclesiastici, & Monachi omnes, ut Domnum efferant pro Domino. Domnum vocari gaudet Ecclesiæ Antiochenæ sacerdotem Sixtus Papa. Elisis igitur hisce strophis, quas excogitatas potissimum existimo, quia hoc in Concilio Cardinalium nomen in primis eluxit, & Subdiaconis, Diaconis, atque Presbyteris Ecclesiæ Romanæ primùm adtribuitur. Nam Diaconus Cardinalis, seu Cardinalis constitutus Urbis Romæ legitur in Epilogo, & Presbyter Cardinalis, & Cardine constrictus, seu constructus, & Cardinalis Subdiaconus. Perstringit quippe oculos inuidorum Ecclesiæ Romanæ perduellium fulgor tantæ dignitatis, & vel nominis splendor eos vrit, qui non à profanis

mtu

fanis Magistratibus ad ipsos Ecclesiasticos transijt, uti Lazio visum, & Alciato, sed propriè illis cessit.

Voce Cardinalis primus ex his, quos legi, vsus est M. Vitruuius, qui Tiberij Augusti æuo vixit, ita ut ferè simul cum Christo Domino, cumque Sancto petro exorta esse videatur; vocat ille Scapos Cardinales, Cardinatas trabes, Cardinata ligna, quæ sunt compacta, inserta, annexa, & incorporata, vnde Diaconi, & Presbyteri certis Diaconijs, vel Titulis annexi, inserti, & incardinati ad eorum ministerium Cardinales nuncupati fuerunt, quia fixi erant, & stari. Sic venti Cardinales quatuor à Seruio dicuntur certi non vagi, & erratici. Sic æternas rerum causas quodammodo Cardinales Sanctus Augustinus appellat. Scio Panuinium, & Panciroolum post Alciatum, & Lazium cum Gothofredo, Duareno, Spiegel, Erasmo, & Caluino Catholico explicare Diaconos, & Presbyteros Cardinales maiores præ cæteris Ministris, qui eisdem Ecclesijs inseruiebant, & Antonium Augustinum in Leonis Noni diplomate intelligere sacerdotes Cardinales primos sacerdotes non Urbis tantum Romæ, sed quarumcumq; aliarum Ecclesiarum, quibus Tituli, id est Parochiæ committebantur. La Cerda insuper obseruare dictos Cardinales, quod licèt diuersis in locis agerent, vnus tamen Ecclesiæ, eiusdemque primariæ nomine continerentur, & à Matrice penderent Ecclesia, velut à Cardine ostium, cui Frizonius accedit. Non me latet à Leone Papa Nono in Apologia contra Michaellem Episcopum Constantinopolitanum scriptum, quia sicut Cardine totum ostium regitur, ita Petro, & successoribus eius totum Ecclesiæ deponitur emolumentum, hinc Clerici Cardinales dicuntur utique illi, quo cætera mouentur, viciniùs inhaerentes. Cardinalis

l.4. de Archi.
tect. c.8.

lib. 1. Aeneid.

lib. 9. c. 22. de
ciuit. Dei.

in voc. obsc.
Ecll. interp.
v. Card. &
Tituli.
Thesaur. var.
lect. c. 19.
in Lexico Iu-
ris. vbi perpe-
ram laudat
Plinium, &
alia insulsa
prætexit:
l. 7. Decretal.
Antiq. Colle.
tit. 16. cap. 2.
not.

Aduers. sac.
c. 94. n. 2. &
c. 15. n. 11.
in Gall. Pura-
purat.

to. 3. Decret.
& Frizon.

to. 1. controu.
lib. 1. de Cle.
r. c. c. 16.

ca. 1. 54.

apud Ant. Au.
guft. l. 1. c. 4.
de offic. Ar.
chips.

ep. 6. c. 19.

lib. 2. c. 5. vit.
S. Bernardi.

cap. 41.

dinalis Bellarminus vult eos illo nomine appellatos, quod alijs præessent, nam ante Sanctum Siluestrum id nomen impositum loco primùm, vnde ad personas transfijt, & existimat vocitatos Diaconos, & Presbyteros Cardinales à Diaconijs, & Titulis, qui Cardinales nuncupabantur, quia potiores erant, laudatque Concilium Meldense, ac Ioannem Diaconum, sed cum illud non fuerit collectum nisi an. DCCCXLV. hic verò post an. DCCCLXXIII. floruerit, & antea personis solummodò nomen Cardinalis adsignatū sit, à personis potius ad loca migrasse, seu translatum fuisse crediderim, Titulorum certè minorum meminit, (si viculos legere non oporteat) Ioannes Decimus in Synodo Rauennæ habita, cui etiam Lambertus Imperator interfuit, sedem Cardinalem memorat Hincmarus, & alueum Cardinalem, id est fixum, præcipuum non deductum Bernardus Bonauallis. Diu post Synodum Romanam sub Siluestro Papa Primo habitam animaduerto dumtaxat Cardinalis vocem à profanis Magistratibus vsurpata in Breuiario Theodosij, siue Notitia Imperij Orientis, (quam sub Valentiniano Tertio, & Martiano concinnatam censet Pancirolus) Magister Militum in præfenti alter officium habuisse dicitur Cardinale, & Officium Magisteriæ per Orientem potestatis habetur Cardinale, hoc est non præcipuum, seu principale, vt exponit Pancirolus perperam etiam laudans Plinium; sed firmum, atque fixum, cum alij Magistri militum Officium haberent in Numeris Militaribus, qui sæpè mutari solebant. In formula de Principatu Urbis Romæ apud Cassiodorum, qui sub Iustiniano Augusto vixit, & Theoderico Gotthorum Rege. *Cum in Vrbe Roma (scribit) plurima fieri censeamus, & necesse sit potestatem*
ibi

ibi esse Comitiaci Officij, ut utilitates publica videantur impleri, nostro more prospeximus, ut quia Principem nostrum Cardinalem obsequijs nostris deesse non patimur, Tu eius locum Vicarij nomine in Vrbe Romana solemniter debeas continere. Quibus è verbis liquet Cardinalis nomen non inter dignitates prerogatiuam denotasse, sed ipsa in dignitate stabilitatem. Cum plerumque contingeret Magistratus, vel ob Legationes, vel propter expeditiones bellicas, vel alijs de caussis peregrè proficisci, sufficiebantur illis alij, qui vices ipsorum gererent, seu Vicarij substituebantur. Interea verò ipsi retinebant suos Magistratus, nec illis se abdicabant, aut abibant; vnde Cardinales quasi annexi, Cardinique inhærentes appellabantur; Cardinalibus verò Vicarij opponebantur, sicuti nunc Locumtenentes, seu Coadiutores principalibus, ut vocant, sic Gelasius Papa Cardinalem Pontificem nominat non Chorepiscopum, neque Coadiutorem, sed certum. Quem admodum in Ecclesijs, cum eueniret ut interdum abessent iustis è caussis Presbyteri, & Diaconi, subrogabantur, qui eorum munia obirent, alij Vicarij, nec illi, qui aberant, Presbyterijs, seu Titulis, aut Diaconijs cedebant, sed illas retinebant, & Cardinales nuncupabantur. Sanctus Augustinus Sanctæ memoriæ Hieronymum Presbyterum Cardinalem vocitat, & interpretres Latinus Neo-Cæsarensis Synodi fortè Dionysius Exiguus, Canone XV. Presbyterum Cardinalem enuntiat, testisque mihi est Iuretus, quamuis in Codice Canonum Ecclesiæ Romanæ sint tantum XIV. Canones, & in XIV. mentio dumtaxat existet Diaconorum VII. isque à Gratiano refertur, & XV. numeratur Græcè apud Balsamonem, addubito ne lapsus sit vir eruditus. Nam verba, quæ affert, sunt pura

lib. 7. Variar.
ep. 31.

ep. ad Episc.
Calet.
Filefac. de
fac. Episc. auc.

Enchirid.
c. 86.

ep. 131. Iuon.
Camoten.

c. 93. Diaconi
93. dist.

l. 2. ep. 9.

Chil. centur.
I. Adag. 19.& apud File-
fac. de sac.
Episc. auct.l. r. c. 6. de
baptif.l. 2. c. 9. l. 7. c.
71. l. 8. c. 3. l.
11. c. 34.

pura puta Sancti Gregorij ad Castorium Episcopum Ariminensem. Certissimum etiam est vocem Cardinalis pro primario, à quo cæteri pendent velut à Cardine fuisse acceptam, sic Sanctus Ambrosius virtutes IV. Cardinales dixit; sic liber Sancto Cypriano adscriptus de Cardinalibus Christi operibus inscribitur, cuius auctor è stylo recentior mihi videtur, quamuis coæuum Sancto Cypriano Pamelius putet. In Virgilianum hemistichium, *haud tanto cessabit Cardine rerum*, Seruius notat Prouerbum, *res est in Cardine*, id est articulo, *in eo Cardio rei vertitur*, id est tota res inde pendet; e Quintiliano, & Cicerone fusiùs illud exponit Collector Adagiorum; Cardines quoque limites celebrantur ab auctoribus finium, regundorum, a Frontino, atque ipso à Plinio. Petilianum de numero suorum, cum sit Cardinalis, atque authenticus, Scriptor Collationis Carthagenensis cum Donatistis, enuntiat; Sanctus Augustinus præcipuos partis Donati Cardinales Donatistas appellauit. Verùm Sanctus Gregorius Magnus Oratoria consecrari (priuata vt arbitror) ab Episcopis Ariminense, Firmano, Neapolitano varijs in locis iubet, ita vt ibidem nec temporibus futuris Baptisterium construatur, nec Presbyterum constituent Cardinalem; At Episcopo Syracusano commendat Cosmam è Subdiacono Ecclesiæ Syracusanæ, in possessione, quæ Iuliana dicitur, ordinatum Presbyterum, vt ipsum reducat in Ecclesiam Syracusanam, atque illic Presbyterum constituat Cardinalem. Hinc liquet Presbyteros Titulis, siue Baptismalibus Ecclesijs addictos, & infixos dictos Cardinales, quia vero illi reliquis anteponebantur Presbyteris, ideò pro primario, & præcipuo Cardinalis sumi cœpit. Innuit id Sanctus Gregorius scribens ad Ianuarium

Ar-

Archiepiscopum Calaris Sardiniae, vt Liberatus, l. i. c. 8.
 qui Diaconij fungi perhibetur officio, si à decessore
 ipfius non est factus Cardinalis, ordinatis ab eo Dia-
 conis nulla debeat ratione præponi, & passim de il-
 lius incardinatione agit. Fortunato etiam Episco-
 po Neapolitano concedit Gratianum Diaconum,
 Ecclesiae Venafranæ ab hostibus detentæ Cardinan-
 dum Ecclesiae Neapolitanæ, vtque constituat Car-
 dinalem, auctoritatem impertitur, Decreto Gratia-
 ni hæc Epistola est inserta. Cardinalis quidem Ba-
 ronius obseruauit, in locis illis, vbi Romana Eccle-
 sia possidebat Patrimonia, constitutas fuisse Diacon-
 nias, sicut in Vrbe, in quibus eleemosynæ à Subdia-
 cono Rectore Patrimoniij, & Dispensatore solerent
 erogari (eorum namque Ministrorum fuisse munus
 curam gerere pauperum, pluribus Sancti Gregorij
 litteris admonemur datis ad Anthemium Subdiaconum
 eo tempore Neapoli eodem fungentem mune-
 nere) profertque hoc Epitaphium, *Theodimi Sub-*
diaconi Regionarij, & Rectoris S. Sedis Apostolicae, &
Disp. huius Diaconiae Beati Andreae, e tabula marmo-
 rea, quæ est ante altare in Ecclesia Sancti Andreae
 ad Nidum dicta, quæ Diaconia tunc erat. Quo-
 ties verò Sanctus Gregorius Episcopus ad alias Ec-
 clesias vacantes transtulit, necessitatis causa, eos in-
 cardinari Ecclesijs, ad quas translati sunt, in eisque
 Cardinales constitui dixit, siue infigi, innectique.
 Nam & Martinum Episcopum Tamitanæ Ecclesiae, lib. 1. c. 77. & 79.
 quæ hostili feritate occupata, & diruta fuerat, in
 Ecclesiam Sagonensem iamdiu Pontificis auxilio de-
 stitutam translatum, Cardinalem constituit sacerdo-
 tem, seu Pontificem, & Paulum Coepiscopum suum
 à Neapolitanis Cardinalem Episcopum desiderari lib. 2. c. 6.
 refert. Ioannem insuper Lysitanæ Ciuitatis ab ho-
 stibus

- lib. 1. c. 25.
 can. pastor-
 lis 7. q. 11.
 c. relati 20.
 q. 1.
 lib. 2. c. 52. &
 53. seu 13. &
 14.
 Ant. Aug. lib.
 1. de emend.
 Grat. dial. 2.
 ep. 8. 11. 14.
 37. 112. & 113.
 can. 54.
 lib. 3. c. 10.
 apud Card.
 Baron. 10. 12.
 Annal. eccl.
 Iuret. 11.
 Vicecomes
 de Riib. ant.
 Baptif.
 l. 8. de Regn.
 Ital.
 & l. 7.
- fibus captiuata Episcopum in Squilatina, seu Scyl-
 latina Ecclesia Cardinalem constituit sacerdotem,
 ita tamen, vt si Lysitana Ciuitas ab hostibus libera-
 retur, ipse ad eam reuerti deberet, sin secus, in hac,
 in qua incardinatus est, permaneret. Inseruit &
 hanc Epistolam Decreto suo Gratianus, & aliam San-
 cti quoque Gregorij, qua is Agnellum Fundensis
 Ciuitatis clade hostili percussæ Episcopum in Eccle-
 sia Terracinense Cardinalem constituit Sacerdotem,
 sic vt Fundensis Ecclesiæ Pontifex esse non desinat,
 quem imitatus multis post annis Ioannes Octauus
 successor Frotharium Ecclesiæ Burdegalensis à Nor-
 mannis vastatæ Archiepiscopum vacanti Bituricensi
 Ecclesiæ incardinauit, in eaque Cardinalem fieri
 decreuit. Vnde patet nomen Cardinalium non Ro-
 mæ tantum, sed totum per Orbem in Cleri Ordine
 vsurpatum, & locis impositum seriùs. Patres Syno-
 di Meldensis laudatæ superiùs in Gallia statuerunt,
 vt Episcopi Titulos Cardinales in Urbibus, vel Subur-
 bijs constitutos ordinent, atque disponant, & Ioannes
 Diaconus post annum DCCCLXXIII. tradit in S. Gre-
 gorij vita ipsum Cardinales violenter in Paroecijs or-
 dinatos in pristinum Cardinem reuocasse. Aquile-
 ienses, autem Rauennates, Mediolanenses, & Com-
 postellani Canonici hodieque Cardinalium nomine
 sunt insignes; Paschalis Secundus in Epistola ad Di-
 dacum Compostellanum Episcopum. *Cardinales*
(scribit) in Ecclesia Tua Presbyteros, seu Diaconos ta-
les constitue, &c. In Cæremoniali Ambrosiano Be-
 roldus passim vocat Canonicos Mediolanenses Car-
 dinales, Sigonius meminit Ambrosij Cardinalis Ec-
 clesiæ Mediolanensis, in qua fuisse Scholam Sancti
 Ambrosij, & XXII. Cardinales ordinarios recenset.
 Beneuentani quoque Canonici Cardinalium nomi-
 ne

ne decorati fuere. Redeundum ad Romanos, de quibus Stephanus Papa non Primus, (vt existimauit Coriolanus) neque Tertius (vti Ciaconius putauit) sed Quartus anno DCCLXIX. sanxit in Synodo hisce verbis. *Oportebat vt in Apostolatus culmen vnus à Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconis consecraretur.* Leo IV. anno DCCCXLIIX. Anastasium Presbyterum Tituli S. Marcelli Cardinalem per annos v. Parochiæ suæ contra statuta Canonum desertorem abiecit, & deposuit in Synodo LXXVI. Episcoporum, quã habuit in Ecclesia B. Petri consilio Lotharij, & Ludouici Imperatorum; vnde conuincitur eius Leonis IV. esse capita secundũ, & tertiũ de Officio Archipresbyteri, vbi de vicibus sacerdotum Cardinalium, & Mysterio, atq; Officio agitur, quæ tamen Leoni IX. præposterè adscribuntur. Ioannes dein VIII. Constitutionem de iure Cardinalium edidisse dicitur, in qua cautum est, vt ad Palatium Sacrosanctum illi bis in hebdomada iuxta Leonis Quarti Decretum conuenirent propter sollicitudinem omnium Ecclesiarum, & Clericorum disciplinam, & Laicorum querimonias definiendas. Demum in Concilio Lateranensi Nicolaus Papa Secundus anno MLIX. mense Aprili Indictione XII. Clericis, & Episcopis Cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cum Pontificis Comitibus permisisset propositis Sacrosanctis Euangelijs in Basilica Patriarchij Lateranensis, & adiectis varijs maledictionibus; tunc translata in eos potestate deligendi Papam, aucta est Cardinalium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dignitas, vtque Papæ nomen, quod Episcoporum omnium erat olim commune, propter excellentiam Romanorum Pontificum proprium factum est, idque sancitum Decreto Gregorij Septimi in Synodo anno MLXXX. ita Cardinalium nomen promiscuè Presbyteris

Mich. Mon.
in Sanct. Ecc.
Caquan.

Chron. Cœc.

vit. Pont. f.

c. oportebat,
c. nullus, c. si
quis 2. 79. dist.

c. 2. de Cler.
non ecclid.

Frizon. c. 2.
Appar. Gall.
Purpur.

c. in nomine
23 dist.

S. Hieron.
S. Augustin.
Sid. Apollin.
Card. Baron.
in Notis ad
Martyrol.

teris omnibus Parochias obtinentibus concessum, & Canonicis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Presbyteri, atque Diaconi fecere suum, non Decreto, quod sciam villo, sed veneratione, atque vsu, quem penes arbitrium est, & vis, ac norma loquendi, quique legis vicem obtinet. Illud verò colligo, quia Cardinalium nomen indulgere Romani Pontifices varijs Canonicis, & Præsulibus honoris ergò. Leo Nonus Presbyteros, seu Canonicos Cardinales VII. cum Sandalijs instituit Vefontioni, Coloniae, Remis, vti Chiffletius è V Viberto, & ex Inscriptione docet, qui vestibus purpureis vti solebant. Hartmanno verò Coloniensi Archiepiscopo, & successoribus Cancellarij S. R. E. officium tribuit cum Ecclesia Sancti Ioannis ante Portam Latinam. Cluniacenses Archimandritæ Callisti Papæ Secundi priuilegio Romæ Cardinalium officio fungebantur; in Italia Rauennates Antistites, in Hispania Compostellani Cardinalium titulis ornabantur. Remenses Archipræsules in Gallia Cardinales Tituli Sanctæ Sabinæ, Vindocinenses Cœnobiarchæ Tituli Sanctæ Priscæ, & alij alibi vocitabantur. Agendum quod instat, & quando Presbyteris, & Diaconis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus accesserint, adiunctique fuerint, & incardinati etiam suprascriptæ Ecclesiæ, alij Episcopi, nominatque Cardinales perscrutandum.

Ex Epistolis profectò Sancti Cypriani, & è Concilio Romano sub Sancto Siluestro iam probaui Romæ, vel haud procul sitarum, & longinquarum, etiam Ecclesiarum Episcopos plures Episcopo Urbis assiduos adstitisse præsertim in arduis quibusque negotijs conficiendis, imò & electioni Pontificis Romani adhibitos liquet è Sancto Cypriano, vbi Cornelium

V Vibert. li. 2.
vit. Leonis.
de Vefon. p. 2

Frizon. Gall.
Purpur.

Bibliotheca
Cluniacens.

Ep. ad An-
tonianum.

nelium factum Urbis Episcopum fuisse à plurimis Collegis suis, qui tunc in Vrbe Roma aderant, & ad ipsum litteras honorificas, & laudabiles, & titulo prædicationis illustres de eius testimonio miserunt, attestatur, & postea illos numerat ad XVI., & in Electione Bonifacij Papæ Primi subscribere IX. diuersarum Prouinciarum Episcopi, vt superius adnotauimus, neq; suspicandum est vel Nouatianos, vel Donatistas, vel Arianos Episcopos fuisse. Exhorruit etenim, & execratus est semper Romanus Pontifex Hæreseon portenta, nec Ecclesiam suam Hæreticorum contagio pollui, vel minima peruersarum Sectarum labe aspergi, aut attaminari vnquam passus est, totam pulchram vnicam Sponsam Christi sine macula, sine ruga seruauit, neque commercio tam foedo decolorari voluit, paratus ad impiorum detruncationem gladio Petri dextras omnium armare Antistitum: Clerici etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, qui Præpositi videntur esse, ac vice Pastoris custodire gregem, Hæreticos penitus auersati sunt, & Nouatiani è Schismate in Hæresin prolapsi, cum ab Ecclesia Romana turpissimè per deformem ambitionem desciuissent

ὀκισκον τῶν ἑαυτοῖς δομισαμένων, οἱ καὶ τοῖς ἐπιτιμωσάσασθαι, καὶ συνιέναι ἐκ ἡνεσχοῦτο, ædiculam sibi quãdam extruxerunt, ita vt cum his, qui lapsi erant, & sacrificauerant, ac immolarant, quantumcumque pœnitentiam egissent, conuenire, ac simul offerre, atque consecrare recusarent Eulogio Alexandrino teste. Cornelius autem Papa Concilio Romæ coacto Nouatum hostem Ecclesiæ iudicatum, eiusque Sectatores damnauit, atque ab Ecclesia repulit, & licet Theodosius Augustus Symmacho ad Ecclesiam Nouatianorum Romæ profugo precibus Leontij eorū Pseudo-Episcopi pepercerit, Cælestinus tamen,

S. Prosper cōtra Collator. Capell. de Appell. Eccl. African.

S. Cypr. ep. 4.

apud Photiū Cod. 182. & Cod. 280.

Niceph. Calist. l. 12. c. 27. hist. eccl.

Epiph. Scho-
last. hist. Tri-
partit. lib. 9.
c. 22.

lib. 11, c. 10.

lib. 2.

Hist. collat.

tamen, simul atque Pontificiam Sedem conscendit, Nouatianis Ecclesias Romæ abstraxit, eorumque falsum Præsulem Rusticulum in occulto coegit celebrare Collectas. Denique ante annum V. Imperij Theodosij Secundi Nouatianis ademptas Ecclesias Romæ, inque locis obscuris compulsos eos fuisse suos agere Conuentus, ac in iudicium protractos Niphorus prodit, nec ullus è Clero Romano se illis commiscere vmquam ausus est. Ad Donatistas quod attinet, quàm animosè obijcit illis Optatus. *Ecce presentes sunt ibi, Romæ nempe, duorum Memoria Apostolorum, dicite si ad illas ingredi potuit Macrobius (Donatistarum Pseudo-Antistes) ita ut obtulerit illic, ubi Sanctorum Memorias esse constat, & postea: Erat ibi (Romæ scilicet) Victor (Primus Donatistarum Pseudo-Episcopus) filius sine patre, & Pastor sine grege, Episcopus sine populo; non enim grex, vel populus appellandi fuerunt pauci, qui inter LX., & quod excurrit, Basilicas, locum, ubi colligerent, non habebant, sic speluncam quamdam foris à Ciuitate gradibus sepe- runt, ubi ipso tempore Conuenticulum habere potuissent, unde Montenses appellati sunt.* In Collatione prima Carthaginense cum Donatistis, cum Felix quidam se Episcopum Urbis Romæ iactaret, & Petilianus Episcopus Nobilitatem omnem ibi esse Romanam turbine delatam; Aurelius Episcopus præiudicari absenti obtestatus est, & Marcellinus exclamauit. *Sine præiudicio Episcopi Urbis Romæ, & rursus Aurelius dixit: Abundat nos Innocentium dixisse Urbis Romæ esse Episcopum.* hic verò Felix intrusus à Donatistis Episcopus Romæ, Vrbe à Gotthis capta in Africam traiecerat, vti Balduinus censuit, & refugerat cum suis, è Sancto Augustino constat illum missum ex Africa fuisse Romam. Exclamat enim
Do-

Doctor eximius: *Ecclesia non est in sola Africa, vel solis Afris Episcopum Romam paucis Montensibus (quos alibi Rupitanos vocat) vel in Hispaniam domui, seu Patrimonio vnius mulieris ex Africa mittentibus.* fuisse videtur ea mulier Lucilla Hispana, quæ damnationem Cæciliani emerat ab Episcopis, quia verum prædicans ei factus fuerat inimicus, vt idem Sanctus insinuat, & Optatus illam nutricem Hæreseos Donatistarum asserit. Gregorius Magnus Donatistas etiam in Africa comprimi curauit. Ariani verò adeo fuerunt Romanis Pontificibus, & Clericis exosi, vt Liberius Papa munera, quæ Eusebius Eunuchus à Constantio Imperatore missus Templo Sancti Petri obtulerat, increpito custode, quod id non prohibuisset, procul vti victimam illicitam abiecerit, & solidos Decretos iussu Constantij, totidemque mandato Augustæ, ac alios ab Eunuchio Eusebio sibi porrectos pro com meatu exilij generosè recusarit, solumque vertere quàm styllum maluerit, nec Arianis communicarit, vel tantillum. Clerus verò, populusque insuper Romanus Felicem Diaconum, quamuis Orthodoxum, quia tamen Arianorum communi-
 one se foedarat, in Liberij locum auctoritate Cæsarea inductum adeo detestatus est, vt nullus Basilicam ingressus vumquam sit, dum Felix intus adstaret; cumque post biennium Liberius Edicto Constantij Matronarum precibus adducti reuocatus in Urbem, atque regressus esset ea lege, vt vnà cum Felice administraret Ecclesiam, exclamauit populus passim: Vnus Deus! Vnus Christus! Vnus Episcopus, vt solus Liberius Cathedram obtineret. Verùm vbi quæ compulsus minis, quæ blanditijs Constantij corruptus, & illectus Liberius, siue tædio victus exilij subscripsit Athanasij condemnaotini, atque permissus

lib. 2. contra
litt. Petil.

lib. 1. de vnit.
Eccles.

lib. 3. contra
Crescon.

l. 3. c. 32. 35.
l. 4. c. 136. &
163.

S Athan. in
ep. ad solit.
vit. agentes.

Hist Tripart.
lib. 5. c. 17. &
18.

Exod. c. 15.
Indith. c. 5.
Eecl. c. 38.
Exod. c. 25.

Anast. Bibl.
in Felice.

Mart. Rom.

Mart. Rom.
8. Kal. Oct.
vbi Car. Bar.

Binius in 10.
Conc.

Card. Baron.
ad an. 482.

S. Gregor.
lib. 2. c. 58.
lib. 3. c. 79.

stus est Arianis. Felix è contactu Cathedræ Petri
hausta virtute mutatus in alium virum in filiente Spi-
ritu Domini in eum, perinde ac si Cathedra illa
compacta foret è ligno, quod Deus ostenderat Mosis,
vt eo misso in amaras aquas ipsæ in dulcedinem ver-
terentur, vel è ligno Setim, è quo Arcam Domini
fabricatam fuisse sacri libri testantur, quia erat in-
corruptibile, imputribile, atque (vt Græci loquun-
tur) ἀσπιδίον; nunquam enim corruptarum, & pu-
tridarum opinionum, atque Sectarum perfidia po-
tuit ad illam Cathedram habere accessum, & si quos
illa tetigit amaros sessorum, protinùs edulcauit. Felix
(inquam) secessit illicò ab Arianis, & coacto Con-
cilio abstinendum ab his palam edixit. Itaque Libe-
rio sic excidente, Felix illi subrogatus est Cleri, po-
puli que consentientibus suffragijs, donec Martyrij
coronam adeptus fuit. Quo in articulo mirum di-
ctum, resumpsit pristinam sententiam, pristinosque
animos Liberius, & abrumpens in itam cum Arianis
communione, ab omnibus legitimus, & iustus
Pontifex agnitus rursùs colligens Ecclesiam discif-
sam, & Catholica dogmata propagans Cœlestem
promeruit beatitatem. Nullum dicendi finem fa-
cerem, si recenserem quæ Liberio suffecti Damasus,
Leo, Ioannes, alijque fortiter gessere, dum Heruli,
seu Eruli, qui Ecclesiæ Catholicæ non communica-
bant, vtpotè qui Ariani essent, è septem Regioni-
bus sacris tres occuparent, Odoacrum Regem sequu-
ti circa Christi CCCCLXXVI. annum; mox à Gotthis
Arianis Diaconiam Sanctæ Agathæ in Suburra de-
tentam fuisse certum est, Ricimeris auctoritate, vt
etiam illius Apsidis ab ipso exornatæ Opere musiuo
Inscriptio significabat. Detinebant Ariani præterea
Ecclesiam positam iuxta Domum Merulanam Re-
gione

gione tertia, sed vtramque Gregorius Magnus depulſis, & extinctis Arianis vendicatam Catholicis confecrauit ſolemni ritu. Episcoporum quidem Arianorum, qui Romæ ſederunt neque nomen, neque monumentum vllibi reperitur; eſſi non tantum Conſtantinopoli, ſed & in Hiſpania, in Gallia, Mediolani, Capuæ, perque totam Italiam duo Episcopi, Catholicus alter, alter Arianus diuerſarentur in ſingulis Ciuitatibus. Iura quidem Canonum, & faſacerdotij ſingularis (vt docet Pacianus ad Sympronianum) non patiuntur, vt eodem tempore duo ſint Episcopi eiſdem Eccleſiæ: Nicæno quippe id Concilio vetabatur, ſed Tyrannorum furor, & Hæreticorum rabies iura illa ſacra reſoluit, & violauit, atque pacis fouendæ cauſa tolerauit Eccleſia Catholica Nouatianos, Donatiſtas, & Arianos ad ſuum gremium reuerſos, Episcopos haberi, ita vt altero decedente ſolus ſuperſtes Episcopatu præſſet, vel prior illam teneret, aut alteri in ordine manenti plebs alia regenda committeretur. Neque cenſendum Chorepiscopos fuiſſe, qui Romano Pontifici, vel Clero aderant. Nam Chorepiscoporum munus, atque nomen Eccleſia Romana damnauit, atque reiecit, vt patet è Sancti Damasi, & è Sancti Leonis Decretis, præterquam quod in vicis illi, & in villulis dumtaxat collocabantur.

Romana quidem Eccleſia Episcoporum ſemper aſylum fuit, & Antiftites ſuis è ſedibus expulſi à Barbaris, & ab Hæreticis ad Sedem Apoſtolicam, tamquam ad ſacram anchoram confugere ſolebant, ibique, vt ex Epistoſa Ioannis Papæ liquet, alebantur pane Sancti Petri ipſi Hæretici reſipiſcentes, vti Pyrrhus Conſtantinopolitanus Patriarcha: præcipuè verò proximi Vrbiſ Episcopi Barbarorum in-

A a curſibus

lib. 3. Diſt.
c. 30.
Ioan. lib. 2.
vit. S. Greg.
c. 31.
Card. Baron.
an. 591.

Hiſt. Tripart.
l. 4. c. 8.
Mendoza de
confit. conf.
Illiberit.

S. Ambr. de
non trad. Ba-
ſil. hæret.

Capac. Hiſt.
Neap.

VVarnefrid.
de Geſt Lan-
gobard.
ſirmond. in
Sid. Apollin.
Can. 8. Nic.
Conc.
Fileſac. de
ſac Episc. au-
ſtor.
Balduin. in
Delibat. Hiſt.
Aſſican.
& in Hiſtor.
Collat.

Damaſ. oper.
Leo .

Gratian. in c.
Chorep. & c.
quamuis diſt.
68.
apud Iuonæ
in c. plurimos
in prolog. de
diſpenſation.
Anaſtaſ. in
Colleſt.

ad an. Christi
769. in Ann.
Eccl. ex Ana-
stas. in vit.
Pont.

in vit. Rom.
Pont. f.

l. 1. ep. 70.
l. 2. ep. 1.

Annal. Eccl.
10. 21.

in No. ad
Martyr. Kal.
Noemb.

curfibus fugati dirutis fuis Urbibus, & plebibus ex terminatis Romæ profugi fuffentabantur, & incardinabantur Titulis Regionum Urbis fæpius, quæ profanæ XIV., fed feptem facræ numerabantur. Cardinalis certè Baronius obferuat à Stephano Papa IV. statutum vt omni die Dominico à VII. Epifcopis Cardinalibus Hebdomadarijs Miffarum folemnia fuper altare Beati Petri celebrarentur, hicque mentionem primam Epifcoporum VII. Cardinalium reperiri, horum fcilicet, qui proximos Vrbi Epifcopatus haberent, & affifterent Pontifici eiuſdem Sanctæ Romanæ Ecclefiæ annexi Cardini, vicemque Pontificis explerent facris operando fuper altare Beati Petri, quem numerum inductum opinor inftar eorum VII. quos in Apocalypſe compellat Sanctus Euangelifta Ioannes Angelos, & ftellas, ac illorum Ecclefiæ Candelabra aurea, quorum in medio fimilis filio hominis ipſi viſus dictauit Diuinam illam prophetiam, ſiue pro numero Regionum facrarum Urbis. Luitprandus à Stephano quoque Papa Quarto Cardinales Epifcopos VII. delectos tradit, qui alternatim in Eccleſia Sancti Petri Apoſtoli Hebdomadas celebrarent, & Hymnum Angelicum in Miffarum folemnijs decantarent. Diu poſt ſub Nicolao Secundo Lateranenſis Eccleſia VII. Cardinales Epifcopos habuit, quibus ſolis poſt Apoſtolicum, id eſt, Papam ſacroſanctum illud altare licet accedere, ac Diuini cultus Myſteria celebrare, vt adnotat Petrus Damiani, ex eoque Cardinalis Baronius ad annum MLVII. qui recenſet Ordinem Romanæ Eccleſiæ illo æuo, nempe LIII. Cardinales in ea miniſtraſſe, VII. fcilicet Epifcopos, Presbyteros XXVIII., Diaconos XVIII. (Erant & XXII. Abbatia, & in Vrbe XLII. Cœmeteria, foris quoque ad LXXIX. referunt Boſius,

Bosius, Seueranus, & Coriolanus.) In ara Princi-
 pe Basilicæ Lateranensis Papa celebrabat quibusdam
 Festis diebus, & Stationum; alijs Episcopi VII. Car-
 dinales, scilicet Dominica Ostiensis, FERIA II. San-
 ctæ Ruffinæ, III. Portuensis, IV. Sabinensis, V. Præ-
 nestinus, VI. Tusculanus, Sabbatho Albanus, qui
 Papæ sacra facienti etiam assistebant cum Abbatibus
 designatis. Codex insuper Sacrorum Rituum per-
 antiquus Vaticanus præscribit formam Ecclesiæ Ro-
 manæ circa MCXIX. annum Christi. *Sunt in Ecclesia
 Romana, Romæ nempe quinque Patriarchales Ecclesiæ.
 Prima est Lateranensis, quæ & Constantiniana, & Ba-
 silica Sancti Saluatoris dicitur, in qua sunt Episcopi
 Cardinales VII., qui appellantur Laterales, & Hebdo-
 madarij, eò quod singulis Hebdomadibus per vices ex-
 plent munus Pontificis nempe Ostiensis, Portuensis, San-
 ctæ Ruffinæ, siue Siluæ Candidæ, Albanensis, Sabinen-
 sis, Tusculanus, Prænестinus. Secunda Patriarchalis
 Ecclesia Sanctæ Mariæ Maioris, in qua VII. Presbyteri
 Cardinales, nempe Sanctorum Apostolorum Philippi, &
 Iacobi, Sancti Cyriaci in Thermis, Sancti Eusebij, San-
 ctæ Pudentianæ, Sancti Vitalis, Sanctorum Petri, &
 Marcellini, & Sancti Clementis. Tertia est Sancti Pe-
 tri, in qua sunt VII. Presbyteri Cardinales, & quarta
 Sancti Pauli, in qua VII. Presbyteri Cardinales; Quin-
 ta Sancti Laurentij extra muros, in qua sunt etiam
 VII. Presbyteri Cardinales, unde colliguntur tantum
 XXVIII. Tituli Presbyterorum. Sancti Laurentij ex-
 trà muros Abbas Cardinalis erat, sicut & Abbas Sancti
 Pauli. Has ipsas Patriarchales Ecclesias Romæ re-
 censet Innocentius Papa Tertius, & in tribus Late-
 ranense scilicet, Vaticana, & Liberiana suscipere
 solitum Papam insignia Pontificatus, & solum in
 earum altaribus celebrare; Cardinalem verò non*

Panciroi. ne
Tefori nasc.

Torriq. in
Crypt. Vatic.

Ciacop. in
Callisto I.

Nos. m. f. Tor-
riq. de Cœ-
met. Thraſon
Rom Subter.
chron conc.
Conſt. Caier.
in Commēt.
de vit. Gel. II.

Panuin. m. f.
l. 2. c. 61. ex
eoque Seuer.
de 7. Eccl.

in epist.

Serran. lib. de
7. Eccl.

lib. 2. hist. c. 4.

Juret. in ep.
238
Juon Carnot

3. c. 5. Obf.
Franc.

lib. de 7. Ec-
cl. c.

in vit. Steph.
III seu IV.

nisi eius venia per Breue, seu Diploma concessa, quod obseruabatur quo tempore Pontifices Romani subsidebant Auenioni. Vnde videtur iam inde à Stephano Quarto fuisse VII. Cardinales Episcopos in Sancti Petri Basilica. Narrat Glaber Rodolphus Monachus Cluniacensis, qui vixit sub Roberto Rege Francorum filio Capitonis, seu Caputij, vbi agit de Monasterio Lucacensi exstructo à Fulcone Comite Andegauensi, cuius Basilicam Hugo Archipræsul Turonensis, in cuius Dicecese constituta fuerat, sacrare distulit, nisi Fulco restitueret prædia, & mancipia, quæ iniuste diripuerat Matri Ecclesiæ Sedis sibi commissæ, Fulconem perrexisse Romam, ac obtinuisse à Ioanne Papa, vt misso Petro Cardinale postulata Fulconis intrepidè explerentur. Quem Petrum vnum ex illis, qui in Beatissimi Petri Principis Apostolorum Ecclesia Cardinales vocantur, fuisse Paschasius affirmat. Heriuueus Remensis Archiepiscopus apud Hincmarum nominat Stephanum Petri Apostolorum Principis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem. Licet ex his conijcere illos Episcopos è sancti Petri Basilica translatos in Lateranensem. Serranus quidem prodidit in Lateranense Basilica statutum fuisse, vt à VII. Cardinalibus Episcopis quotidie vicissim super altare Beati Petri celebraretur, in alijs verò Patriarchalibus Ecclesijs idem Mysterium perageretur à Presbyteris Cardinalibus, auctoresque laudat Anastasium Bibliothecarium, Ptolemæum Lucensem, & Martinum Pœnitentiarium. Anno MXLIIX. sedente Leone Nono comperio VII. tantum Cardinales Episcopos I. Prænestinum, II. Portuensem, III. Albanensem, IV. Tusculanum, V. Sabinensem, VI. Veliternum, VII. Siluæ Candidæ, quos Lateranensi Ecclesiæ vendica-

tos,

ros, in Sancti autem Petri, & alijs Ecclesijs positos Presbyteros sub Nicolao Secundo, qui solis Cardinalibus ius suffragiorum tribuit in Comitibus Pontificijs, mox è Petro Damiani, & ex his, quæ superius protuli, claret. Seligebantur autem, ac euocabantur ad libitum Pontificum è varijs Episcopatibus totius Italiae, potissimum Romanæ Prouinciæ vt adhererent lateri Pontificis illi adstantes in sacris, unde Laterales, & Collaterales dicti sunt an. MCXXXIX. (sic Patres Concilij Sardicenis vocant Pontificis Romani Legatos ἐκ τῆς ἰδίας πλεύρας, e proprio latere) & Hebdomadarij, quia per Hebdomadarum vices Pontificis munus explebant, & Regionarij, quia per VII. Regiones Urbis sacras distributi erant; & Sancti Petri, quando eius Basilicæ addicti, & adscripti; & Lateranenses, cum Lateranensi annexi, atque incardinati, quin & Romani Episcopi. Memoratur Petrus Romanus Regionarius Episcopus, quem Papæ Suffraganeum, ac Legatum missum à Romano Pontifice ad Ludouicum Pium Augustum, Lotharius neglectis impiè paternis monitis planè impedijt, & auertit anno Christi DCCCXXXV., seu potius Georgius is nominandus; tradit enim auctor vitæ Ludouici Pij coæuus ipsi Ludouico missos à Gregorio Papa ad Ludouicum Imperatorem, Petrum Centumcellensem Episcopum, & Georgium Regionarium Urbis Romæ simul Episcopum, quod vbi rescituit Lotharius, Leonem iussit ire Bononiam, qui magno terrore iniecto, minisque intentatis prohibuit ulterius progredi hos Episcopos. Pudet inscitiae Farcheti, qui Caput Regionis (vt vulgò vocant) fuisse opinatur, nec Episcopum agnoscit. Petrus Episcopus quidam Romanus apud Flodoardum in Epistola Hincmari Remensis enuntiatur. In Chronico Far-

Paroiss. lib.
m. f. de gentes
Frangepau.

Franc. Belle-
foest. tom. 2.
Annal. Franc.

apud Pithæu
Annal. Franc.

Chron. Franc.

in hist. Rem.

Far-

Farfensi Romanus quidam Episcopus nomine Petrus iam nimis vetulus Romæ morans apud Sanctum Vincentium iuxtâ Ecclesiam Beati Petri sub Leone Nono recensetur anno MXLIIX. Beroaldo Vigesimo primo Abbate Præsidente Cœnobio. Legatum Stephani Papæ nomine Damasum Episcopum Romæ ad hanc obeundam Legationem ordinatum in Franciam venisse, ad Principesque adijisse, vt acciperent Regem suum Ludouicum scribit Flodoardus, siue Frodoardus in Chronico, alioqui comminaretur illis excommunicationem. Guillelmus Bibliothecarius scribit Hadrianum Primum Papam filium fuisse Talari postea Episcopi Regionarij, seu Regionis Tertiæ. Lapidis altaris Monasterij Sancti Geruasij d'Eyfes in Agennense Diœcese, quod anno MDLXXVII. Calvinianorum rabie incensum, dirutumque fuit, ab Euangelij cornu ad cornu Epistolæ legitur incisum hoc Epitaphium. *Hic requiescit Beatissimus Aduinus Episcopus Vrbis Romæ.* superestque sepulcrum, vas nempe capacissimum, vt è litteris R. P. Odonis de la Mothe accepi. Anno MLX. die VI. Iulij Nicolaus Papa Secundus cum Episcopis Romanis, & aliquantis Cardinalibus adijisse Monasterium Farfense narratur. Isti verò Regionarij, Hebdomarij, Romani, & Laterales Episcopi, & Sancti Petri, atque Lateranenses Cardinales, per quorum tractatum, seu principale iudicium fiebat electio Romanorum Pontificum, non erant certi, & statim olim omnes; nam seligebantur à Pontificibus pro libito, præsertim ex Episcopatibus Prouinciæ Romanæ, & incardinabantur nunc hi, nunc illi præter Ostiensem, Sabinensem, & Albanensem, qui destructis suis Vrbibus Episcopia Romæ habebant, & fixi, annexique firmiter videntur fuisse. Sabinensis profecto

apud Pithanū

in vita Hadriani I.

Chron. Farfens. m. f.

c. in nomine Domini 23. dist.

Etò Vrbs funditus excisa iacebat, Turreſque ſucceſſere Curibus, vt è Sancto Gregorio auctòr Commentariorum Pij Secundi refert. Albanenſis verò quam fuerit quaſſata, & deformata fatiſ oſtentant, quæ haftenus reſtant, ruinae, vt omittam Oſtienſes depopulationes non ab hoſtibus tantum, verum & ab aère quoque infeſto, morbiſque graſſantibus. Oſtienſis autem Epicoſopus habitabat Romæ in Monafterio, ſiue Abbatia Sanctæ Mariæ in Pallaria, que à Leone Nono, & ab Alexandro Secundo conceſſa dein fuit Caſinenſibus Abbatibus in hoſpitiũ, vnde Lambertus Epicoſopus Oſtienſis, qui poſt ea Honorius Secundus Papa fuit, abs Abbate Caſinenſi tulit repulſam Monafterij Sanctæ Mariæ in Palladio, vbi eſt Eccleſia ſacra Sanctis Sebaſtiano, & Zotico, quamuis inſcribatur illa vulgò Zoſimo, & ab Vrbaño Octauo Summo Pontifice Sanctiſſimæ memoriæ inſtaurata, & opimè ditata exſtet, Cæleſtinus Secundus deſunctus apud Palladium VI. Idus Martij ſepultus in Eccleſia Lateranenſe proſidit. Epicoſopium Sabinenſe fuit Romæ Eccleſia Sancti Laurentij de Miranda. anno IX. Innocentij Secundi Ioannes Acolythus Lateranenſis Palatij, & Benedicta vxor eius nuncupantur, quibus à Petro filio Petri Mancini Caſalinum poſitum in Regione Sanctæ Mariæ Nouæ in conſenſu Palladij diuenditum ſub hiſ confinibus. Eccleſia Sancti Laurentij de Miranda, quæ eſt Epicoſopium Sabinenſe. Commemoratur Epicoſopium Albanenſe apud Anaſtaſium Bibliothecarium, quod Romæ ſitum erat, & ſines Lateranenſis Eccleſiæ à ſcala Epicoſopi, ſeu Epicoſopij Albanenſis ab Innocentio Tertio deſcribuntur, & in ſupplicatione ab eo indiſta proceditur per viam maiorem, & arcum Baſilij, & ante Palatium Epicoſopi Alba-

Anaſt. Biblio
 thecar. Tor-
 rij. Crypt.

Vatican.
 Conſt. Caiet.
 in Gelaf. II.

Chron. Caſi-
 nen. c. 81. &
 83.

Card. Nico-
 laus de Ara-
 gon. lib. de
 geſt. Roman.
 Pont. f. Cod.
 Vatic. m. 6
 3534.

Archiu. s. Ma-
 riæ Nouæ.
 in Leon. III.

lib. 3. ep. 150.

idem 1. 3. ep.
 179.

Seueran. de
7. Ecclef

Ciacon.
Pandulph.
Pisan. in Pa-
fcha. II.

in Gelaf. II.

Albanensis. Propè v. Patriarchales Ecclesias Romæ, Patriarchia, seu Patriarcharum ædes erant, iuxta Lateranensem Romanus Patriarcha (nimirum Papa) habitabat; propè Vaticanam (cuius à dextra, læuaque construxit Episcopia Symmachus Papa Primus anno Christi CCCCLXXXVIII. hinc pro se, ac suis successoribus, inde pro Archipresbytero) Constantinopolitanus, ad Sancti Pauli Alexandrinus, Antiochenus in Liberiana, ad Laurentianam extrà muros Hierosolymitanus, illaque diuerforia, & hospitia illis erant attributa, si quando Concilia Generalia Romæ haberentur, quibus illi interessent. Tiburtinus, Nepesinus, Lauicanus, & Ortanus Episcopi à Pontificibus Romanis aliquando inter VII. Cardinales Episcopos connumerati fuere. In Oppido Poli memini me legisse in Sancti Stephani Inscriptionem anno Christi MCXXXIIX. incisam, in qua Guido Cardinalis Episcopus Lateranensis, & Sanctæ Tiburtinæ Ecclesiæ nuncupabatur. Victor Secundus anno MLVII. Petrum Lauicanum Episcopum, & Ioannem Tiburtinum Episcopum Cardinales Episcopos renuntiauit. Innocentius II. anno MCXXIV. Guidonem Episcopum Tiburtinum superscriptum (vt puto) Clemens Antipapa sedens aduersus Gregorium Septimum an. MLXXXIV. Cardinales Episcopos V., atque hos inter Albertum Episcopum Nepesinum allegit, siue potius Anticardinales; Offo Nepesinus etiam Episcopus cum alijs consecrauit Paschalem Secundum Papam, vnde Nepesinum inter VII. recenset P. Caietanus, & Ortanum, siue Hortinum, & Parmensem sub ipso Paschale Secundo, at sub Innocentio Secundo Archiepiscopum Pisanum, Episcopos Papiensem, & Mutinensem; addendus & Veliternus, seu Velitrensis, qui è Ciuitate

te

te sua ob Barbaricas incurfiones à Sancto Gregorio Magno translatus fuit in locum, quem Harenata dicunt ad Sanctum Andream Apostolum, siue, qui appellatur Renati (in Actis VI. Synodi Oecumenicæ Monasterium *Peve* positum in antiqua Roma dicitur) vel in Renatis, forsitan vbi Neophyti, & recens Baptizati erudiebantur, & instituebantur ex Indice Michaëlis Leonici. Reatinus insuper Episcopus fuit vnus è VII. sub Leone Decimo, qui & Tiburtinum resumpsit, dum restituit Briffonetum, & Caruaial ad Cardinalatus, & Episcopatus istos tamquam Cardinales illis adsignauit. Verùm Ostiensis, Sabinensis, & Albanensis Episcopi cum Prænestino, Portuense, atq; Tusculano remansere soli Laterales Pontificis Romani, & Episcopi Cardinales S. Romanæ Ecclesiæ. Etenim Veliternus Episcopatus vnitus fuit Ostiensi anno MCXXXIIX. in Alberico. At Episcopatus Sanctæ Ruffinæ, seu Siluæ Candidæ vnitus etiam Portuensi à Callisto Secundo fuerat anno MCXX., deinde Lauicanus Episcopatus adiunctus fuit Albanensi è Bulla Gregorij Noni data Laterani IV. Kal. April. anno IV. Pontificatus. Nepefinus connexus Sutрино, Ortanus Ciuitatensi, seu Ciuitatis Castellanae, Tiburtinus quoq; Parmensis, Mutinensis, Papiensis, Pisanus, & Reatinus Episcopi ex Ecclesia Romana diuulsi, & ab assiduis obsequijs Romani Pontificis seiuncti, suisque Sedibus redditi sunt. Tiburtinus forsitan ob bella, & internecinum odium cum Populo Romano, Parmensis, Pisanus, Mutinensis, & Papiensis, quia nimis remoti, atque distiti, Reatinus ignotis mihi de caussis. Ostiensi Principem locum adtributum existimo, quia consecrat Romanum Pontificem, & idcirco pallio vitur, Portuensi II. quia præerat Urbis portui; III. Sabinensi,

B b quod

l. 2. ep. 11. re-
lata in c. rem
por. tit. de
Presb. in Pa-
norm luon.

Adion. 11.

Clacon.

Seuer. Rom.
Subterr.

Cod. m. fmo
nasterij Cry-
ptæ Ferratæ.

quod à Sabinis Roma incrementum accepisset ; Prænestino IV. , quod oppidum illud Vrbi proximum , amicum , & socium , tum Colonia fuerit ; Tusculano V. , quod exciso Tusculo Romam commigrassent ciues ; Albanensi VI. , quod ex Albæ ruinis aucta foret Vrbs. Olim quidem cum statim non essent , & postquam certi , & stabiliti fuere Cardinales Episcopi , nullus inter eos ordo nisi promotionis obseruabatur , Primus Alexander Papa Quintus anno Christi MCCCCIX. , cum nullum Cardinalem nouum delegisset , quosdam tantum ad Titulos mutauit ; nam ob schisma contigerat , vt plerumque duo essent in eodem sacerdotio Titulares , hinc mutandorum , & optandorum Titulorum in Ecclesia Romana vsus manauit , qui ad eum vsque diem fuerat inauditus ; Antea VI. Episcopatum series digesta , illique pro dignitate , siue antiquitate , siue meritis Episcoporum distincti fuerunt . Abs his VI. Episcopis Romanus Pontifex consecratur . Sic Leonem II. anno DCLXXX. , sic Ioannem Quintum anno DCLXXXV. Episcopi tres Ostiensis , Portuensis , & Veliternus consecrarunt ; Constantinus Antipapa anno DCCC. LXVII. à Georgio Prænestinense , Eustratio Albanense , atque Citonato Portuense consecrationem accepit ; Victor Papa Tertius ab Ostiense , Tusculano , Portuense , ac Albanense anno MLXXXVII. Urbanus Secundus , qui Ostiensis erat , à Portuense , Tusculano , & Albanense anno MLXXX. , Gelasius Secundus à Lamberto Ostiense , Petro Portuense , Vitale Albanense anno MCXVIII. Ostiensis ab antiquissimis vsque temporibus Papam consecratur . Ita Dionysius papa consecratus fuit à Maximiano Episcopo Ostiense , & Marcus Papa ideò constituit , vt Episcopus Ostiensis vteretur pallio anno CCCXXXV

quin

Ciacon. in.
Alex V.
& Petro Ro.
dolphio Tos.
finanen.

Ciacon.

quin & anno DLVI. dum non essent Episcopi, qui ordinarent Pelagium Primum Episcopum Romæ, inuenti sunt duo Episcopi Ioannes de perusio, & Bonus de Ferentino, & Andreas Presbyter de Ostia, qui eum Pontificem ordinauerunt; inid & Mincio dictus Benedictus Nonus, seu Decimus, cum Cardinalis Episcopus Veliternus ab obitu Theophylacti propinqui sui fuisset, ac vi, metuque in Sedem Apostolicam intrusus; cumque Petrus Damiani Episcopus Ostiensis reclamans aufugisset, ab Archipresbytero Ostiense vice Cardinalis Episcopi consecratus fuit anno MLXXXVIII. Id satis innuit ipse Petrus, dum scribit cupere se auctore Deo Pontificem ordinare, ac protinus à proprij Pontificatus arce recedere, cum ante Mincionis incubantis Cathedræ Petri meminisset, quem perperam P. Constantinus Caietanus Cadaloum censet. De Ostiense Episcopo in electione Bonifacij Papæ Symmachus agit fusè, utque ille Antipapam Eulalium tractus, & inuitus consecrauerit narrat. Hodie quoque consuevit Episcopus Ostiensis papam consecrare assistentibus Episcopis Portuense, ac Albanense. Quàm meritò refellit Filesacus illum, qui somniabat Romanum Episcopum Ostiensi tamquam Metropolitano subditum fuisse, cum Metropolitanus numquam fuerit Ostiensis. Obseruatio P. Caietani mihi non omitenda videtur. Episcopos scilicet è Cardinalibus assumptos electioni pontificum subscripsisse, ac eorum Bullis, quoties apud ipsos commorarentur, loco suo, id est inter Presbyteros, vel Diaconos, si è Presbyteris, vel Diaconis ad Episcopatum euecti essent, & omnia munia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium obijisse, numeratos etiam inter VII. aliquando, sicut, & Episcopi Prouinciæ Romanæ, qui Pontifici

B b 2

su.

Anast Bibl.
Ciacon.in Apolog.
ob dimiss. E-
piscopat. c. 3.Leo lib. 2.
chron. Casin.
c. 100.in auct. relat.
ep. presbyt.
à parte Bon.
n. 22. patric.
lib. rit. S. R. E.
part. 1. can. 3.
sect. 3.

de auct. Epif.

in not. ad G.
laf. II. vit.

notit. Episc.
Mirvi.

suberant ἀμέσως, id est immediatè, dicebantur Suffraganei Papæ, LXXV. vti superius memini, siue vti liquet è Vaticana Notitia LXII. at è Bibliotheca Thuani LXVII. refertque Gutherus in Specula, vbi arguit l'Eschasserium LXX. Papæ Suffraganeis LXX. Cardinales suffectos augurantem, hisq; Suffraganeis implentem Suburbicarias Prouincias. Caietæ maximo in Templo inter alios versus Epitaphij, quod positum exstat Andreæ Episcopo Caietano, leguntur isti.

*Romanamque prius decorauit Presbyter Urbem,
Culminis auctus honos hic dedit esse patrem.*

10.3. Constit.
Imper.

Federicus Primus Imperator ad Hadrianum Quartum Romanæ Ecclesiæ Venerabilem Episcopum, Summumque Pontificem hæc scribit (apud Melchiorum Goldastum hæreticum, & damnatum auctorem) anno Christi MCLIX. *Filium Comitum Blandratensis, quem vos in Clericum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & filium nostra petitione assumpsisse recordati sumus, vicissim ad honorem vestrum, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ altius sublimari intendimus ad Ecclesiam Rauenatensem, quem à vobis diligi gaudemus, & volumus ea tamen ratione, & ordine, quo patres filios suos solent diligere, quos suo tempore & manumittunt, & domui suæ prouidere decernunt, & quidem decentissimum est Sanctam Romanam Ecclesiam, tamquam matrem omnium Ecclesiarum filios, qui sunt ventris fructus, aggregare, & aggregatos ad decorem domus Dei per domos, & familias distribuere, quibus & nostrum Imperium tamquam ab utero, & gremio matris digredientibus debeat, & velit congruum honorem impendere. Titulum Beati Chrysogoni Marino Presbytero concessum rogatu Pipini Regis Francorum testatur Paulus Primus papa, quem deinde petijt Episcopum consecrari*

Ep. 24. apud
Gretser. &
p. 19.

secrari vt pœniteret. Innocentius verò Tertius noluit Rauennatem Episcopum eligi eum, qui Tituli Sanctæ Praxedis Cardinalis erat, imitatus Sanctum Gregorium, à quo ille, qui sacrum Ordinem in Ecclesia Romana suscepit, vltèrius ex ea egrediendi licentiam non habere dicitur, & à quo Diaconus factus Epiphanius nullatenus discedere permittitur. Viceuersa Episcopi non prouehantur ad Cardinalatum, & primus, qui ex Episcopali ordine transiit ad Cardinalitiam Dignitatem fuit Chunradus Comes de VVittelesbach, Archiepiscopus Moguntinus, qui Archiepiscopatu suo iniuste spoliatus à Friderico primo Imperatore, quia Victorem Tertium Antipapam venerari noluit, ad Alexandrum Tertium confugit, & ab illo Sabinensem Episcopatum Cardinalitium accepit, seque deinceps Archiepiscopum Moguntinum, & Episcopum Sabinensem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem professus est, vt Ciacconius, & post eum Frizonius adnotant, qui primum illum omnium Cardinalium duas Ecclesias, Episcopalesque sedes obtinuisse nouo, nec vmquam antè audito exemplo scribunt; sed Clemens Sextus, & alij pontifices, qui Auenioni sederunt, & qui successerunt ipsis, frequentius id factitarunt ea cum formula, vt Cardinalitiæ quidem Ecclesiæ Episcopum, alterius autem Administratorem nominent, quod Incardinationis antiquæ vestigium est. prænestinus quidem primum locum obtinuit inter VII., seu VI. Cardinales Episcopos sub Leone Nono an. MXLVIII. at V. anno MLVII., quin VII. anno MCXIX. vt in Vaticana Notitia, inque Bibliotheca Thuani perscribitur, in Codice verò prouinciali apud Miræum obtinet IV. iuxta consecrationis, seu promotionis ordinem, quem obseruant in sedendo, inque subscri-

c. de postulat. pralat. incipit bo. mc.

c. filium 1. q. 1.

vit. Pont. in Gall. Parp.

Filefac. de
auct. Epif.

Coriolan.
Faucher.
Maselli in
ep. typisedit.
ad Em. Card.
Franc. Barb.

Panuin. lib.
de Pont. &
Card. creat e
Damas.

scribendo Episcopi locum mutantes subinde, ac variantes, donec IV. illi præfixus, & præstitutus fuit. Meruit assiduus labor Episcoporum Prænestinorum, meruit sollicita, & indefessa diligentia in obsequijs pontificis Romani, & in defensione Orthodoxæ fidei, quemadmodum è Synodis laudatis patet; nec à Georgio Episcopo Prænestino violenter extorta, consecratio impedit, quin Stephanus Quartus verus, & iustus pontifex VII. Lateralibus, siue Hebdomadarijs, Sanctique petri Episcopis accenseret Episcopum prænestinum, dum VII. illos constituit anno DCCLXIX. in Concilio habito in Basilica Salvatoris, in quo Constantinus Antipapa deiectus, & exinfulatus, Electionis pontificiæ Lex præscripta, & alia præclarè ad Ecclesiæ bonum, & decus instituta sunt. Intererant autem doctissimi, ac selectissimi XII. Episcopi eò missi à Carolo, & Carolo Manno Francorum Regibus ipso Stephano papa efflagitante, hosque inter Iosephus Auenionensis Episcopus patriæ suæ XLIV. Primus igitur è Prænestinis Episcopis Lateralis, seu Hebdomadarius pontificis Romani, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ incardinatus, videtur fuisse Stephanus, cuius anno DCCLXXI. iam memini. Neque possum hic satis obstupescere, dum suspicio maiestatem Sedis Apostolicæ, quæ non solum suo in exordio Episcopis vallata, & cincta, eorum seminarium, & quasi prytaneum existit. Nam Sanctus petrus (si Panuino credimus) necessitate ductus propter populorum in Christum conuersorum multitudinem, cum solus omnibus attendere non posset, duos Coepiscopos, & Coadiutores ordinavit, Linum videlicet, qui intrà Urbem, & Cletum, qui extrà, in Suburbijs munere fungerentur pridie Idus Ianij anno Christi LVII. Neronis secundo,

do, imò & Sancti petri procul abeuntis vices sustinebant, & pro illo detento negotijs, obibant pontificalia munia. Iure namque Sirmondus arguit Saaronem, qui presbyteros dictos esse vult Episcopos, & Sanctum Linum, cum dumtaxat esset presbyter, Episcopum appellatum Romæ contendit, quo tempore Sanctus Petrus pontum, & Bithyniam peragravit. Etsi verò apud Sanctum Clementem legimus binos Episcopos extitisse simul Antiochiæ Euodium, seu Euhodum sub petro, Ignatium sub paulo; Alexandria Anianum à Marco, Abilium à Luca, Romanorum Ecclesiæ Linum Claudia (quia Linus filius fuit Claudia, certè Linus, & Claudia nominantur vnà in epistola posteriore ad Timotheum à Sancto paulo) qui primus sub paulo, Clementem verò post Lini mortem sub petro. Ephesi Timotheum sub paulo, Ioannem verò sub Ioanne, non tamen eo pedibus in sententiam Cardinalis Baronij, qui ob dissensionem Gentilium, & Hebræorum alium Gentilibus Ignatium nempe à paulo, alium à petro Hebræis Euodium, scilicet, Episcopum datum putat, neque Sancti Epiphaniij, qui procul peregrinantibus Apostolis, & Euangelij causa longinquas regiones adeuntibus relictos Episcopos Romæ Clementem, Linum, Cletum, ne Vrbs Episcopo careret, & Lino, Cletoque, quorum vterque sedit annos XII. post petri, paulique Martyrium, quod anno XII. Neronis obtigit, simile laurea coronatis, Clementem inijsse pontificatum: Censebam quondam corruptum esse locum Sancti Clementis à Nouatianis, cum enim illi schisma fouerent, & duos Episcopos simul Urbis eiusdem esse posse affirmarent, duos Romæ, & alijs in primarijs Ciuitatibus

Epi-

in Sidon 14.
ep. 11. & 25. &
1.7. ep. 6.

17. Apostol.
Const.

Vfer. de ant.
Britan. e Mar
rial. & Clem.
cap. 4.

in Martyrol.
ad 1. Febr.

lib. 1. Panar.
hæres. 27.
Carpocrat.

in hist. Socr.
de penitēt.

de sacr. Epif.
auctor.

Episcopos ab Apostolis institutos adscribere potuerunt. Sic Romæ duos Episcopos Liberium, & Felicem confedisſe Socrates aſſerit eodem tempore, & Episcoporum Donatistarum, Nouatianorum, & Arianorum alibi cum Catholicis Catalogum textit Socrates Nouatianus ipſe, vti Latinius eleganter, & perſpicuè indicat. Crediderim profectò ab illis Eccleſiæ velut incunabulis, in omnibus Metropolitibus, ſed Romæ præſertim plurimos Episcopos cum à Sancto petro, tum ab alijs Apoſtoliſ ordinatos etiam ſine Titulo, & abſque vlla Diœceſe propriè adſignata, vt horum opera cum Apoſtoli egerent vel ad ſubrogandum demortuis, vel ad allegandum informandis, & imbuendis Chriſtiana fide plebibus iſti præſtò eſſent ad illos ſubleuandos parati ſemper in tam vberè Chriſti meſſe, atque in tanta copia. hincque illa varietas Episcoporum (vt arbitror) emerſit. Reuerà tamen in vnaquaque Vrbe vnum tantum Episcopum ſediſſe, atque præſuiſſe reor, alios verò ſine Titulo, & ſine poteſtate, niſi ea concederetur ab Episcopo proprio, adſtititſe; id autem ne conſuſionem pareret deinceps vllam hodie qui Coadiutores, vel Suffraganei dantur Episcopis, conſecrantur Episcopi, non tamen ſine Titulo, ſed Urbium, quæ detinentur à Barbaris, ſiue ſitæ ſunt in partibus Infidelium, Diœceſes illis attribuuntur, quod eſt diuerſum ſimulacrum incarnationis. Fileſacus huius moris originem repetit à Nouatianis, Donatiſtis, & Arianis Episcopis ad Eccleſiæ ſinum reductis, de quibus iam ſuſius egi. Eccleſia porro Romana his, quæ ſubſequuta ſunt, ſæculis, Episcopum ſuum pontificem Maximum, & illi obſequentes, atque Aſſiſtentes varios habuit Episcopos intrà ſuum
pomæ-

pomærium non solum in sacris celebrandis, inque
 Decretis Synodalibus fanciendis, in Electione, at-
 que Consecratione, & in Bibliothecis curandis,
 verùm etiam in studijs, & in Diuinis voluminibus
 lectitandis, à Sancto namque Gregorio Magno
 Romam inuitatum ad Sancti Petri Apostolorum
 Principis limina comperio Ioannem Episcopum
 Catanensem, vt ei esset collega in lectione sacri
 eloquij, vnde meritò Romanus Pontifex Episco-
 pus Episcoporum nuncupatus fuit, illique cogno-
 mento Bonum Factum appingere iure meritò licet.
 Istos inter Episcopos effulsere Prænestini, sicuti sæ-
 piùs adnotauì, & post Stephanum anno DCCLXXI.
 Cardinalibus adnumeratum à Stephano Quarto
 Papa, successerunt Andreas anno DCCLXXIII., Io-
 annes anno DCCLXXXVII. Stephanus Tertius an-
 no DCCCIV. Constantinus anno DCCCXXVI., &
 illi, quorum nomina latent ad annum DCCCCLXIII.
 quo sedit Prænestæ Theophylactus, anno DCCCC.
 LXXXVIII. Stephanus Quartus, annis DCCCC.
 XCVI., MXIV., & MXVII. Petrus Cardina-
 lis, & Sedis Apostolicæ Biblio-
 thecarius.

l. xi. Reg. c.
 25.
 Tertullian.
 S. Cyprian.
 Acta S. Seb.



De Prænestinis Episcopis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ad annum usque MC.

CAPVT XI.



In Nicolai II
vit.

in Ital. Sacr.
to. vbi de
Epif. Syluz
Candidæ.

Vgheli. vbi
de Præn. Ep.

LII Petro Petrus alius in Cardinalatu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & in Episcopatu Prænestino suffectus fuit à Ioanne XIX. Pontifice Maximo, vti Ciaconius asserit, vnde ad annum Christi MXXIV. collocandus, quin & ann. MXXVI. subscripsisse Ioannis Deciminoni diplomatibus eum liquet ex his ipsis, quæ R. P. Vghellus refert. Cum verò Ciaconius Brunonem istius Secundi Petri successorem adscribat à Nicolao Secundo prouectum ad Prænestes Episcopalem, & Cardinalitiam dignitatem circa MLXI. annum, & Brunoni subrogatum eadem in Sede Leopertum ab Alexandro Secundo ad annum MLXXIII. ex antiquo diplomate Casinatis Cœnobij anno MLXVII. VI. Idus Maij Indiçt. V. non video cur intrudat, vel irreperere patiatur Vbertum de Podio, seu Poggijs Lucensem, quem anno MLVIII. Cardinalem, & Episcopum Prænestinum inserit Cardinalibus à Stephano Decimo dicto Nonno delectis, nisi lapsus sit per ὑπερβιβασμον, seu traiectionem numerorum annalium vitio Scriptorum, qui MLVIII. annum supposuere pro MLXXXV. quo Vbertus, siue Umbertus Prænestinum Episcopatum, atque Cardinalatum obtinuit, vt inferiùs pate-

De

CC

pate-

patebit, sed aliud quoque mendum ibidem occurrit. Nam signum Stephani Papæ Secundi attribuitur Stephano Decimo. Vrbs quippe Roma intrâ Nummum delineata cernitur, & superscriptum est. *Felix Roma*, circum verò. *Stephani Papæ Secundi*, in alia porrò facie *Crux*, cui appicta sigla *α*, *ω* & *IC. XC.*, in limbo autem. *ipse est Pax nostra*, unde non potui satis mirari oscitantiam eorum, qui Nummum illum tam alieno loco posuere, cum Stephanus Secundus, siue Tertius anno Christi DCCLXXII. sederit, & Nonus, seu Decimus anno MLVII. arguit verò Nummus ille Dominum Urbis tunc fuisse Stephanum Secundum Papam; sicuti regulæ, quæ in Sancti Petri Archiuo asseruantur, quibus inscriptum lemma, *Regnante Theoderico Felix Roma*, & ænei Numi, in quibus legitur. hinc *Felix Roma*, inde *D. N. Baduila Rex*, Theodericum, & Baduilam Reges Gotthorum tunc dominatos esse Vrbi comprobant. Infeliciter etiam ommissis medijs Vbertum, siue Umbertum Brunoni successorem destinat Ciaconius, cum inferendi sint Ioannes, Bernardus, & anno MLXXIII. Leopertus, ne secum ipse pugnare videatur, neue laudato diplomati fidem detrahat, vel nisi mendosè legerit eo in diplomate Leopertum pro Vberto, vnumque Vbertum errans in duos, Vbertum nempe, Leopertumque disseuerit. Dirigenda igitur hoc ordine mihi videtur apud Ciaconium luxata ista Prænestinorum Episcoporum, & Cardinalium series, vt Petro primo successor datus circa MXXIV. annum à Ioanne Decimonono, Petrus Secundus narretur, & Petro Secundo Ioannes, qui Altaris Sanctæ Agathæ dedicationi Romæ præfuit Leone Nono sedente, vt è marmoreæ tabulæ lapide refert P. Vghellus, id est anno circi-

apud Ciaconium Mentier.

in Ital. Sacroto. t. ex Flor. Martinell. in descr. Eccles. S. Agathæ.

ter MXLVIII. Ioanni verò Bernardus ab eodem Leone suffectus, quique anno MLXI. Indictione XIV. Romæ IV. Non. Maij Pontificatus Nicolai Secundi anno III. dedit Diploma seu Priuilegium Nicolai eiusdem ad Pontium Abbatem Anianæ Magalonenfis Diocesis Ordinis Sancti Benedicti, quod incipit hisce verbis. *Conuenit Apostolico moderamini pia Religione pollentibus beniuola charitate succurre*, seque subscribit Sanctæ Prænestinæ Ecclesiæ Episcopum, uti P. Odo per litteras affirmat. Bernardus illo ipso anno MLXI. Brunonem successorem habuerit, quem tamen Vghellus ἀπέθωκε Ioanni demortuo anno MLXXX. substituit; Bruno autem Leopertum abs Alexandro Secundo Prænestinæ Ecclesiæ præfulem delectum, qui anno MLXVII. eiusdem Alexandri Diplomati pro Monasterio Casinensi subscripsit ex ipsomet Vghello, quemque Ciaconius anno MLXXII. profert. Leoperto denique subrogatus fuerit Vbertus, siue Umbertus, quem Penestrinensem Episcopum anno MLXXIV. pridie Kal. Septembris Gregorio Papa Septimo sedente dedicasse Altare Sancti Andree in Ecclesia Sanctæ Cæciliæ Romæ adnotatum est in vetustissimo Bibliorum Codice manuscripto, qui asseruatur ibidem. Illo quoque anno Vbertus, siue Hubertus prænestinus Episcopus à Gregorio Septimo missus fuit ab Vrbe Legatus ad Henricum Quartum, seu Quintum Imperatorem, siue Regem vna cum Agnete Augusta religiosissima ipsius Henrici Matre, cumque Gerardo, seu Geraldo Episcopo Cardinale Ostiense, & cum Raynaldo Episcopo Comense, vel Nouocomense, qui aliquibus Robertus, imò Comano (uti Petrus Damiani scribit) quamuis Cumanus enuntietur à Gregorio Septimo, & à paulo Bernriedense, cumque

Caid. Baron.
Annal. eccl.
a. 12074.

Sg. l. 9. de
Rega. Ital.

Ciacon.

que Curienſe inſuper Epifcopo. Ad partes Germa-
niæ duos Epifcopos Reuerentiſſimos Legatos dire-
ctos prænſtinum, atque Cumanum, & Matrem
ipſius Henrici Agnetem ſunt qui tradant. Grego-
rius quidem Septimus Albertum, aut potiùs Hum-
bertum Prænſtinenſem, & Giraldum Oſtienſem
Epifcopos duos Legatos à ſe ad partes illas defina-
tos memorat, vt in vnum conuocatis Archiepiſco-
pis, Epifcopis, Abbatibus, Religioſiſque viris, vice,
atque auctoritate ſua fulti, quæ corrigenda eſſent,
corrigerent, quæ Religioni addenda, adderent, il-
los cum Agnete Auguſta ab Henrico Rege Romam
allegatos rediſſe, atque apud pontificem Grego-
rium conſtanter teſtificatos eſſe, quod ipſe Henri-
cus vellet Simoniacam Hæreſim à Regno ſuo extir-
pare, & inueteratum morbum fornicationis quo-
rundam Clericorum toto adnixu corrigere Grego-
rius ipſe recenſet, canit & Domnizo

Prænſtina quoque verum

Pontificem Chriſti. Legatione illa functum, in Hi-
ſpaniam inſuper miſſum cum ſupraſcripto Girardo
Oſtienſe Gallias peragraſſe Frizonius cenſet. Inter-
fuit hic Umbertus Canuſij quo tempore Henricus
Rex poenitens pontificem Gregorium Septimum ve-
neratus eſſe flagratam conſequutus eſt veniam ad an-
num Chriſti MLXXVII. ſubſcripſerat ipſe Umbertus
Gregorij Septimi, & Landulphi Beneuentani Prin-
cipis Conſtitutioni, ſeu pacto, quod inierunt anno
MLXXXVI. floruiſſe adhuc Umbertum conijcere licet,
quia Gibertus Corrigia Rauennas Archiepiſcopus
Schismaticorum Epifcoporum factione prouectus
ad papatum Brixini cum pontificem Summum ſe
gereret, & Clementem Tertium appellaret in pſeu-
doepiſcoporum Cardinalium delectu an. MLXXXVI.

Hu-

Rader. to. 3.
Bau. s. Opuf.
56. de Suxa.
mundi gloria
& ep. 8. ad
Agnet. 19. 20.
21. lib. 1.

1.9. ep. 3. Re-
geſt.

in vit. Greg.
VII. edita à
Gretſero In-
gollid. in 4.
an 1610. vbi
Bulla Greg.
VII. de Hum-
bert. Ep. Præ-
neſt.
Lambert. Sca
fnaburgen.

1.2. ep. 28. ad
Licmanum.
Bremen. Ep.

1.2. ep. 30.

1.3. ep. 10.

in vit. Comit.
Matild. apud
Gretſer.

Card Baron.
an. 1074. 1077.
Annal. Eccl.
Gall. Purp.

Nicol. de Ara-
gon. cod. m. f.
Vatic. de reb.
geſt. Pont.

Regeſt Greg.
VII. 1.2. ep. 28

B. Presbyter
in vita S. An-
selmi Lucen.
inter antiqua
monumenta
edita Ingol-
stadij.

to 1r Magde-
burg. centur.
e Lamberto
Schafnabur.

Regest. Gre-
gor. VII.

Ciacon.

Frizon.

Frizon.

Ciacon.

in vit Comit.
Matild apud
Baron. 10. 11.
Annal. Eccl.
ad an. 1098.
vi. Greg VII
à Bennone
post hist Sla-
uorū Herm.
à Reinecio
Reineccio.
Lambert. Sca-
fnaburg.

Hugonem Candidum siue Blancum à Leone Nono Cardinalem presbyterum Tituli Sancti Clementis anno MXLIX. renuntiatum, designauit Episcopum prænestinum aduersus Vbertum Gregorio Septimo fidissimum. Erat Hugo ille Tridentinus, (Gallum affirmat Frizonius ex Onuphrio) vir eloquens; & doctus, sed inconstans, & variæ fidei, qui Stephano Decimo pontifice vnicatem Ecclesiæ deserens, & sub Nicolao Secundo schisma molitus, à Nicolao damnatus est; post Nicolai obitum præcipuus auctor fuit Schismatis, quo Cadalous pallauicinus parmensis Episcopus Thronum Apostolicum vsurpare conatus Honorij Secundi nomen assumpsit anno MLXI., & Cadaloum sectatus aduersus Alexandrum Secundum iustum pontificem, ab Alexandro diris quoque deuotus anno MLXIV., cum pœnitentia ductus veniam petijisset, impetrauit, à Gregorio deinde Septimo Legatus in Hispaniam, & redux, defecit iterum, Vormatiamque conuolat, vbi anno MLXXVI. coacta pseudo-synodo superscriptum Guibertum Rauennatem erexit in papam, tertiumque à Gregorio papa excommunicatus, & abiectus infor- duit, inque perduellionatu animam miser efflauit, cum diutissimè vixisset, & annos L. in illa Cardinalatus, & animi varietate transegisset. anno MXCVIII. die VII. Idus Augusti enuntiatur Episcopus prænestinus in Conciliabulo Romano, cui cum Bennone Anticardinale interfuit. Sic de Hugone illo cecinit Domnizo.

*Huc Hugo tunc falsus venit, qui dicitur albus,
Officit hic multis Romane Presbyter Vrbis,
Ter damnatus erat, pretio qui restituebat
Emptores Christi templorum, iunctus & ipsis
Aduersus Papam fingens mala latificabat*

Corda

Corda malignorum, Regis simul, & sociorum.

Plura loquens Papæ dixit Synodus sibi sancta,

Tu pater es patrum, blasphemum contere prauum.

Anathematizatus etiam fuit hic Hugo ob ineptiam, & inconditos mores, & quia multas calumnias confinxerat contra Gregorium Septimum adhærens Henrico Regi, cui detulerat figmentum confirmile Tragœdiæ de vita, & institutione papæ. Vbertum verum prænestinum Episcopum vitam produxisse interim ad annum MXCII. arguit Bernardus successor eius in Cardinalatu, & Episcopatu prænestino (viti docet Vghellius) è Bulla Urbani Secundi concessa Monasterio Sanctissimæ Trinitatis de Caua eo anno pontificatus Quarto, vnde antè Vberti excessum Hugoni Candido prænestinum Episcopatum delatum ab Antipapa Clemente Tertio liquet, Bernardum excepit Milo ab Urbano Secundo papa promotus ad Episcopatum prænestinum circa MXCVI. annum, Frizonius & hunc Milonem Gallis accenset, Hugonique oppositum. Anno MXCIX. seu MC. paschalem Secundum pontificem electum Milo iste cum alijs Episcopis consecrauit auctore Pandulpho pisano. & in paschalis Secundi diplomatis subscriptus reperitur, quæ data sunt

annis MC. & MCI. tam pro Cluniacensi

Cœnobio, quam pro Ecclesia

Florentina.



De

Greg. VII. l. r
ep. 6.

Sigon. l. 9. de
Regn. Ital.

Ciacon.

Frizon. II.

in vit. Pas. h.
II cod. Var.
3762.

Ciacon.
Frizon.
Panuin.

Bibliot. Clu-
niac.

*De Prænestinis Episcopis Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Cardinalibus ad an-
num MCC.*

CAPVT XII.



EXCEPIT Milonem Berardus Beneuentanus à paschale Secundo Episcopatu prænestino præfectus, quem Romæ demortuum, (vt Vghellus notat) anno MCVII. Alphanus Archiepiscopus Salernitanus hoc Epitaphio illustrauit, certè reperitur illud in eiusdem Alphani Codice.

*Berardus Nomen, Beneuentus Patria, sedes
Prænestæ, celebris laus mihi Roma fuit:
Hostes Ecclesiæ contriui, cuncta relinquens
Iui Hierusalem soluere crimen ibi;
Iamque dies mensis retinebat quinque December
Cam rediens illinc mortuus hospitor hic.*

Hinc facile est colligere Beneuenti natum, Episcopum prænestinum Romæ cum laude floruisse, Hierosolymas profectum, siue pœnitentiæ causa, siue (vti conijcit Vghellus) Legatum in Orientem ad Ebremarum è patriarchatu Hierosolymitano, cui incubabat intrusus, deturbandum, præclare munus obiisse, cumque inde reuerteretur, in Casinate Cœnobio defunctum die v. Decembris, sepultumque iacere, nam Codex ille Alphani Casini seruat, vt à doctissimo Luca Holstenio, qui Epitaphium

phium mihi transmisit, accepi. Huius Berardi mentionem fieri ab Urbano Secundo in privilegio, quod Cluniacensibus est indultum, & in Epistola Gibellini, seu Iubilini Arelatensis Archiepiscopi apud Cardinalem Baronium Vghellus asserit. Berardo subrogatus est Chunradus in Episcopatu Preneestino, atq; in Cardinalatu à Paschale II., quem anno MCVI. comitatus fuerat hic Chunradus ad Concilium Vastallense, seu Guardastellense, cui vnà cum alijs Cardinalibus interfuisse, ac subscripsisse legitur, & in quo de Schismaticis Episcopis, & Clericis in vnionem assumendis cogitatum fuit, vt auctores sunt Nicolaus Cardinalis de Aragonia, Panuinius, & Ciaconius è Bullis Lateranensibus. Chunrado suffecit Cononem, idem Paschalis Germanum Treceburgensem, seu Trunciberenger prius Eremitam in Heluetica Solitudine, & postea Canonicum Regularem, & vnum è fundatoribus Congregationis Aroasiæ in Atrebatense Diocese sub Regula Sancti Augustini non procul à Bapalma anno MXCVII. cuius Præpositus primus Hildemarum fuit ab isto Conone constitutus, quæquæ matrix fuit XXVI. seu XXVIII. Abbatiarum, seu Monasteriorum, & Sancti Nicolai vocabatur. Hunc ergo Cononem, seu Cunonem ob vitæ sanctimoniam, atque singularem pietatem Paschalis Summus Pontifex in Gallijs agentem prouexit ad Cardinalatum, & Ecclesiæ Prænestinæ gubernaculo admouit, mox ille Legatione Sedis Apostolicæ fungens in Oriente Henrici Quarti, seu Quinti sacrilegio audito, cum inuestituras Episcopatum, atq; Abbatiarum vsurparet Henricus, inque ipsum Paschalem manus violentas iniecisset, conuocata Hierosolymis Synodo Henricum excommunicauit anno MCXI. & confestim aduolans in Occidentem, eo-

D d dem-

Ciacon. qui emendandus

Baron. e Rob. de monte seu S geb. appéd.

Miræus de Capit. Viud. & Orig. Aug. c. 10. & 43. Cl. Robert. in Gall. Christ.

Gazæ in hist. Belg.

Lœnius.

Pennot. l. 2. de Canon. Regul. c. 62. & l. 3. c. 53.

in Chron. ad
ann. 1116. &
1119.

Mirvus in
Falt. Belgic.

Suger. de vit.
Lu. I. Craffi.

Coriol. in
Summ. Conc.

in Gall. Puf.

Martyr. Gall.
ad die xv. Au-
gust.

ep. 167. 168.
275. & 277.

Card. Baron.

Nico. monac.
in vit. S. Go-
defredi Epif.
Amb. l. 3. c. 9.

ad ep. Iuon.
236. & 266.

demque Legationis munere circumquaque Prouin-
cias lustrans, collectis in Græcia, Hungaria, Saxo-
nia, Lotharingia, & Francia Synodis, vbique sen-
tentiam excommunicationis, quam dictauerat in
Henricum, repetiuit, vt ex Actis Concilij Latera-
nensis Cardinalis Baronius probat: Abbas Vespergen-
sis Concilij v. confirmasse illam sententiam tradit
Cunonem. Habuit equidem Cuno Legatus anno
MCCXIV. Concilium Bellouaci in Gallijs, seu genera-
lem Conuentum Ecclesiæ Gallicanæ die VIII. Idus
Decembris cum Radulpho Remense Archiepisco-
po (errat Robertus Manassem Remis tunc sedisse,
narrans) in eoquæ Godefridum Ambianensem Epi-
scopum, qui se in Cœnobio Cartusiensi recluserat
abdicata dignitate, redire iussit ad Episcopatum, &
in Henricum Anathema inclamauit, licentiam quo-
quæ dedit Lamberto Episcopo Tornacensi eleuandi
Corpus Sancti Arnulphi Sueffionensis Episcopi in
Monasterio Sancti Petri Aldenburgi in Flandria fun-
datoris, & quiescentis. Ad hunc Cunonem ex-
stant IV. Iuonis Carnotensis Epistolæ datæ eo tem-
pore, quibus se infirmitate corporis grauatum, quod
ad eum non adeat, excusat. Idem Cuno in Quadra-
gesima proxima anno MCCXV. & in Dominica Læta-
re Hierusalem v. Kalend. Aprilis Remis Concilium
celebrauit, & Henricum iterum damnauit, apud
Sueffionas quoque Synodum collegit, & Catalaunis
IV. Id. Iulij excommunicationem Henrici sanciens,
vt è rebus gestis Sancti Godefredi superscripti, quem
reuocauit ad Sedem suam, liquet; & è veteri libro,
quem laudat Iurretus, ex eo verò næuos libens exi-
mo; nam vbi legitur. *Item Cono era II. proximum
Pascha Regem Henricum Colonia in Templo Sancti Ge-
reonis damnauit, Catalaunis Cono IV. habito Concilio*

pre-

prædictum Regem damnauit IV. Idus Concilij, ita emendans restituo. Theodericus feria II. proxima Pascha Regem Henricum damnauit Colonia in Templo Sancti Gereonis. Catalaunis IV. habito Concilio Cono prædictum Regem damnauit IV. Idus Iulij. Theoderici certè Cardinalis, & Legati meminit Ciacinius, eumque anno MCXVI. Coloniae promulgasse Anathema in Henricum testatur, & in Hungaria, Germania, Saxonia, Coloniaeque Legationem obiisse & Coriolanus affirmat, Frizonius Iu retum sequutus tria enumerat Concilia ductu Cononis congregata in XII. & XV. annis sæculi XII. & Manassem Archiepiscopum Remensem vixisse putat Bellouacensis, & Catalaunensis Synodorum æuo. Cunonem non facilem flecti, suspensionis nota implicuisse omnes Episcopos, & Abbates Normanniæ, quòd tertio vocati ad Concilia sua non venerant, refert VVilhelmus Malmesburiensis. Scripsit ad Cunonem Gotfridus Vindocinensis, & Episcopum vitæ laudabilis vocitat. Reuersus est Cuno in Italiam, & sicut ibi anno MCIX. paschale secundo iubente, atque curante Consecrauit mense Februarij Sacellum domesticum arcis sublacensis à Ioanne Quinto extructum, ita prænesten adueniens anno MCXVI. in Ecclesia sua XVIII. Kalend. Februarij Indictione X. altare, atque Cryptam sancti Agapiti Martyris Dedicauit, recondiditque Reliquias sanctorum Martyrum Miliani, & Nymphæ, non (vt legit Vghellus) Miliani Episcopi Nepefinæ, Epigraphen huius Dedicacionis indicem inserui libro superiori, cum alia, quæ paschalis secundi pietatem refert in Ecclesia superiore Dedicanda, cui adiungit Vghellus Petrum Episcopum Anagninum, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconos Cardinales. Curam quoque gessisse

D d

Tu.

in indice
Concillib. de Gestis
Pont. Angl.Iuret. ad ep.
28.
luon.Chron. Sub-
lac. m. f.

lib. i. c. 12.

in Archivio
Cryptæ Fer-
ratae.

Alb. Crantz.
lib. 5. Saxon.
c. 38.

Sigon. lib. 1. c.
de Reg. Ital.

Tusculani Episcopatus ipsum Episcopum Prænesti-
num constat, & Nilum Abbatem Monasterij de Cry-
pta Ferrata Benedixisse potestate à papa sibi tradita,
è Bulla Eugenij Tertij relata à Gregorio Nono in
diplomate dato Laterani Non. Februarij. Illo anno
MCCXVI. Romæ in Basilica Lateranense Generalis
Synodus celebrata est, ad quam diuersarum Prouin-
ciarum Episcopi, & Principes confluxerunt. In ea
pridie Nonas Martias inchoata præstat audire Cono-
nem VI. die loquentem. *Domine pater* (inquit Co-
no ad paschalem summum Pontificem) *Domine pa-
ter, si verè Tuus fui Legatus, omnibus his audientibus
Legationem meam verbo Tuo confirma; cui Pontifex,
verè Legatus ex Latere nostro fuisti, & quidquid Tu,
ceterique fratres nostri Cardinales Episcopi Legati Dei,
& Apostolorum Petri, & Pauli, huius Sedis, & nostra
auctoritate fecerunt, confirmauerunt, probauerunt.
Ego quoque probo, & confirmo, quidquid damnaue-
runt, condemno.* Tum prænestinus (Cono scilicet)
*Atqui (ait) cum Legatus Hierosolymis agens audissem
Regem Henricum post Sacramenta, obsidos, & oscula
Pontificem in ipso Beati Petri Templo cepisse, indignè-
que tractasse, Cardinales exuisse, vexasse, nobiles Ro-
manos partim occidisse, partim captiuos fecisse, stra-
gemque populi ingentem edidisse, cum hac (inquam)
flagitia, & scelera cognouissem, Ecclesia Hierosolymita-
na consilio execrationem in Regem Henricum intendi,
eamque post in Græcia, Hungaria, Saxonia, Lotharin-
gia, Francia Concilij consilio harum Ecclesiarum con-
firmari. Quamobrem oro vos (Patres Amplissimi) ut
quemadmodum Legationem meam Dominus Pontifex
confirmauit, sic & vos consentientibus suffragijs com-
probetis. Ita cum eadem Archiepiscopus Viennensis
Legatis, litterisque missis postularet, in eam senten-
tiam*

tiam à pluribus, & melioribus sine vlla dubitatione discessum est. Anno MCXVII. Paschalis Papa Dedicata Ecclesia superiore Præneste die XVI. Decembris Indictione XI. inde abiens post Epiphaniam ap- pulit Romam, cumque in lethalem morbum inci- disse, sacramentis munitus è vita migravit, & XI. Kalendas Februarij ad Basilicam Lateranensem se- pultus est. Paschali Gelasius secundus subrogatus ad continendos in fide sedis Apostolicæ Germanos Cononem prænestinum Episcopum ad eos Legat, in Chronie. Alb. Crantz. lib. 5. Saxon. cap. 49. at ille teste Abbate Vrspergense anno MCXIX. adhuc Legatione Gelasij fungens synodum Colonia cum Teutonicis habuit, vbi excommunicationem Impe- ratoris omnimodis propalauit; Intererat huic Sy- nodo Northbertus postea præmonstratensis Ordi- nis institutor, alteram quoque synodum in Frizlar, seu Fridlar (Vghellus vocat Fritistarium, alij Frite- slarium) idem Cono eadem pro causa indixit, qua eandem quam prius excommunicationem confir- mauit. Denique Gelasius secundus moribundus Cluniaci cum decumberet an. supra scripto MCXIX. palestrinum (ita vocabant corruptè iam illo auro prænestinum) acciri iussit Episcopum, & imponere illi tanti honoris (id est) Summi Pontificatus, seu culmen Romanæ Sedis satagebat. Audiens itaque Cono Pontificem, qui proponebat eum deligendum Cardinalibus adstantibus. *Abst* (inquit) omnino, *Abst* ut tanti oneris, ponderisque cacumen indignus ego, & infelix suscipiam, præcipue cum auxilio Dei, & secularium virtute diuitiarum Romana Sedes tempori- bus nostris sub persecutionis flagello dedita defendi de- beat, & muniri. si verò nostris acquiescere velitis con- silijs, Viennensem Archiepiscopum virum utique Reli- giosum, prudentisque animi, & secularibus ornatum

virtu-

virtutibus ad tale, tantumque patrocinium eligimus.
 Demortuo igitur Gelasio Viennensis Archiepiscopus renuntiatus fuit Summus Pontifex, & Callistus Secundus nuncupatus, illum Cuno proficiscentem in Urbem prosequutus est; cumque post Concilium Remis habitum anno ipso MCXIX. Callistus Senonas venisset, adiit Cononem ibi Abbas Arnaldus, ab eoque litteras obtinuit Ioceranno Episcopo directas Nonis Decembris; en ipsas è Chronico m. s. Abbatia Sancti Petri viui Senonum erutas à P. Odone la Mothe toties laudato.

Cono Prænestinus Episcopus, & Romanæ Ecclesiæ Legatus, Ioceranno Lingonensium Episcopo salutem.

Querimoniam Venerabilis Arnaldi Abbatis Monasterij Sancti Petri viui audiuius, de Abbate Molismense, & Abbate Sancti Ioannis de Prato, quorum vnus Ecclesiam ei aufert, alter villam cum suis appendicijs, vos autem iam bis diem placiti eis constituistis; sed neque vos, nec Abbates ad vllam illarum venire voluistis, & quoniam iniuriam huius rei penes vos essentimus, mandamus, vt inde plenariam iustitiam faciatis; quod si facere nolueritis, querimoniam eius ante Dominum Papam, quia de Legatione nostra est, me sciatis perlaturum, & causam eius quamtumcumque potero prosequuturum. Hinc patet Cononem sectando Callistum Senonas peruenisse, idque auctor Chronici disertè narrat anno MCXIX. Cononem scilicet ibi aditum ab Arnaudo Abbate, qui querimoniam de Lingonensi Episcopo faceret, quia diffugiebat Episcopus ille iustitiam sibi facere de duobus Abbatibus pro lite de Ecclesia Ratiacense,

se, sed de illo consule veterem Chronologum Antifiodorensem. Tolosæ hic ipse Cono anno MCXX. Idibus Iulij Indictione XII. Callisti Secundi Pontificatus primo anno Bullæ datæ à Pontifice per manum Chryfogoni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, & Bibliothecarij, directæque Pontio Anianensis, Monasterij Abbati, cui subscribunt Pontifex, alijque Cardinales, suum etiam Chirographum adiunxit, hac serie, quæ mihi luxata videtur, nisi dixerit aliquis ordinem nullum obseruatum.

Ego Callistus Catholica Ecclesiæ Episcopus.

Ego Cono Prienestinus Episcopus.

Ollegarius Tarraconensis Ecclesiæ dispensator.

Signum Raimundi Barbastrensis Episcopi.

Ego Bernardus Archiepiscopus Auscensis.

Ego Lambertus Ostiensis Episcopus.

Richardus Narbonensis Episcopus.

Ego Petrus Cardinalis Sanctorum Cosmæ, & Damiani.

Ego Boso Tit. Sanctæ Anastasiæ Presbyter Cardinalis.

Ego Ato Arelatensis Episcopus.

Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sancti Angeli.

Ego Deusdedit Tit. Sancti Laurentij in Damaso Presbyter Cardinalis.

Ego Fulco Aquensis Episcopus scripsit.

Ego Ioannes Presbyter Cardinalis Tit. Sancti Chrysgoni.

Ego Amicus Abbas Sancti Laurentij foris muros.

Ego Arduinus Abbas Sancti Sabini, seu potius Sabæ.

Gothifredus Clareuallensis in Epistola ad Episcopum Albanensem narrat Cononem, cum Sueffionibus in Gallia Concilium celebraret, Petri Abailardi,

di,

in panegy.
Campan.

Ornoph. de
Card.

in Gall. Pur.

antiqu. monu-
ment. Cretif.
edita Ingclit.
16to. in ep-
itum. 4.

Ciacon.

Bibliot. Clu-
niacen.

in vit. Gel. II.

Nicol. de
Arag. Car. de
reb. gest. Pō.
cod. Var. m. f.

di scripta cum auctore damnasse, contaminatàque
hæreseos veneno flammis exussisse, Petrum hunc
Abailardum extra San Dionysiana claustra degen-
tem, resipiscentem tamen, ac pœnitentem ab Epi-
scopo Prænestino exceptum Gabriel Naudæus haud
pridem fato functus cum maximo litteratorum mœ-
rore, nec minore iactura rei litterariæ prodidit.
Cono demum tot laboribus pro Sancta Romana Ec-
clesia perfunctus in Urbem redux anno circiter
MCXXII. in cœlum euolauit. Tum verò Guillel-
mum, seu VVilhelmum natione Gallum Cardinala-
tu, & Episcopatus Prænestini donauit infulis Calli-
stus Secundus In Concilio Lateranensi mense De-
cembre annò eodem MCXXII. quem cum asserat
Frizonius firmasse priuilegium Cœnobijs Vallis
Vmbrosæ ab Henrico Quarto Augusto concessum,
missum opinor à Callisto in Germaniam ad causam
Episcopatus Herbipolensis, in quem Gebehardus
fuerat intrusus, discutiendam; Honorij Secundi Guil-
helmus iste interfuit electioni, & post Honorij Se-
cundi obitum exorto schismate, contra Petrum fi-
lium Petri Leonis, siue Anacletum Secundum elegit
Innocentium Secundum Pontificem, illique adhæ-
sit, à quo insuper Legatum in Germaniam ipsum
missum sacro unxisse oleo, siue consecrassse solemni
ritu Brunonem Colonensem Præsulem certum est
MCXXXIII. Christi anno. Subscripsit quampluri-
mis Pontificum Bullis ad annos MCXXIII. MCXXV.
MCXXIIIX. MCXXX. MCXXXIII. MCXXXVI. vt in
Bibliotheca Cluniacense legitur, & apud Constanti-
num Caietanum, quin & diplomati dato pro immu-
nitate Pistoriensis Ecclesiæ Pisis Kalendis Ianuarij
Indictione XII., & priuilegio Monasterij Agaunen-
sis II. Kalendas Nouembris Indictione XV., Conci-
lioque

lioque Pisano interfuit anno MCXXXVI. subscriptus inuenitur & Bullæ Innocentij Secundi, qua Ianuensis, seu Genuensis Ecclesia erigitur in Archiepiscopatum IV. Kalendas Aprilis MCXXXIII. In Sancti Chryfogni Romæ visitur Inscriptio, in qua VVilhelmus iste commemoratur Anno Dominicæ Incarnationis MCXXXIII. VIII. Idus Iunij Indictione I. Dedicatum est Oratorium Sancti Chryfogni à venerabilibus Episcopis Petro Portuensi, Vitale Albanensi, & Guillelmo Prænestino, Præsidente in Apostolica Sede beatissimo Callisto Papa Secundo anno eius Pontificatus v. quam Dedicacionem rogauit fieri frater Ioannes de Crema peccator sacerdos Tituli Sancti Chryfogni, sed holographam, & integram exhibet sacrae apprimè peritus antiquitatis Andreas Victorellus; de VVillelmo fusius agit Ciaconius. Illum ad annum vsque MCXL. vixisse successor eo anno designatus arguit Stephanus Quintus Catalauni ad Matronam in lucem editus è nobili genere Monachus Congregationis Cisterciensis, apud Claraualem Sancti Bernardi Discipulus dilectus ob probitatem morum, & obseruantiam Monasticæ disciplinæ, mensè Decembre ab Innocentio Secundo promotus, de quo hæc scribit Ioannes Sarisberienensis. *Quis non stupeat Episcopum Prænestinum, qui scrupulum conscientie metuens à participatione bonorum communium abstinebat?* Bernardus Abbas Bonæuallis in vita Sancti Bernardi, siue Alamannus Episcopus Antisiodorensis *de his* (id est Cisterciensibus, ait) *Præneste Stephanum habuit totius glorie virum.* ad hunc Stephanum solum scribit ipse Sanctus Bernardus, & ad alios tres Cardinales simul; sanctis adnumeratur, eiusque Festus dies celebratur à Cisterciensibus XIII. Februarij, vitam posteris

Frizon.
Seueran. de
7. IVrb. Eccl.

in Notis ad
Ciacon.

Polycrat.
l. 6. c. 24.

Card. Baron.
in Annal.

lib. 2. c. 8.
Frizon.
Ciacon.

ep. 214. &
231.

ep. 219. 229.
& 230.

E e r i s

Cyrcius in
Catal. SS. feu
Kalend. Cist.

in Fascic. SS.
Cisterc.

And. du Sauf-
fay in Marr.
Gallic.

Catel. hist.
du Langued.

ris reliquit Chrysoftomus Henriquez: subscripsit hic Stephanus varijs Bullis (quas refert Ciaconius) Innocentij Secundi, Coelestini Secundi, & Lucij Secundi, praesertim Bullae Innocentij Secundi ad Raimundum Episcopum Tolosanum anno MCXLII. & alteri eiusdem directae Gerardo Abbati Monasterij Sancti Andreae Andaeonensis propè Auenionem, & datae Laterani XVII. Kalendas Madij (sic Maium vocabant) Indictione VI. meminit, & istius Stephani Praenestini Episcopi ea Inscriptio anni MC. XLIII., quam inseruit lucubrationi suae de Cryptis Vaticanis Torrigius: lubet Elogium appingere, quod mutuor è Martyrologio Gallicano: *Pridie Idus Februarij Catalauni in Campania Sancti Stephani Episcopi, & Confessoris, qui ex Monacho Cisterciensi ob egregia sanctitatis testimonia ab Innocentio Secundo Papa inter Ecclesiae Cardinales cooptatus, Episcopusque Praenestinus creatus, susceptam dignitatem miris virtutum ornamentis ampliauit: Monasticam enim humilitatem sic ea in sublimitate retinuit, ut Episcopalem nihilominus grauitatem conseruaret, sic abundans ut verè se pauperem spiritu, & corpore exhiberet: bona sua in pauperes distribuens, terrena contemnens, caelestia toto affectu appetens, perennique studio Dei obsequio, & Ecclesiae commodis inuigilans, quibus pijs muneribus ad extremam usque diem perfunctus felicem laborum finem adeptus est, dignusque ob praecelsa merita inuentus, qui in caelo & Beatorum gloria, & in terris Sancto- rum ab Ecclesia sacris tabulis inscriptorum cultu perpetuo potiretur, abiit in caelum anno MCXLIV. die XII. seu XIII. Februarij; Lucius vero Secundus tunc Pontifex in quatuor temporibus Aduentus Domini Guarinum illi suffecit Sanctum Sancto, nam in Romano Martyrologio die VI. Februarij memoratur San-*

Sanctus Guarinus, seu Garinus Cardinalis Prænestinus Episcopus, & in Catalogo Sanctorum civium Bononiensium recensetur à Cardinale Palæotto. Canonicus Regularis erat Ordinis Sancti Augustini, cum ortus esset è nobilibus parentibus è familia de Fuscararijs Bononiæ, & optimè à pueris institutus, illis inuitis clericus in Ecclesia maiore ordinatus, habitum deinde suscepisset in Monasterio Sanctæ Crucis Mortariæ apud Papiam, vbi cælestium contemplationi, orationi, & diuinarum scripturarum lectioni totus incumbens breuitantum profecit, vt propter illius sanctæ conuersationis famam Clerus, & Populus Papiensis Episcopo destituti Guarinum in eius locum vnanimiter eligerent, quam dignitatem adeò constanter recusauit, vt arcto in loco custoditus, deceptis custodibus fugiens tamdiu latuerit, donec alter eius loco Papiensis Episcopus consecraretur. Cum autem increbesceret illius fama sanctitatis, Lucius Secundus Romanus Pontifex accersitum licèt inuitum, & serio reluctantem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, & Episcopum prænestinum illum sacrauit, necnon pretiosum apparatus, & equitatum ei donauit, quem nihilominus Guarinus statim vendidit, & illius pretium pauperibus erogauit, quibus etiam in Episcopali dignitate constitutus alimenta, & vestimenta suis manibus ministrabat, verbum Dei diligenter, & assidue annuntians, ieiunijs, precibus, & operibus pietatis indefessè vacans, senio confectus Prænestæ, cum Diuinitus præsciret appropinquare obitum, conuocatis Clericis monita, & documenta præbuit salutaria tum oculis, ac manibus in cælum erectis ad Dominum migravit nocte sequente diem VI. Februarij, ea verò nox luce splendidissima illustrata reful-

Sur. eo. 4. seu
7. sanct.

Phil. Ferrar.
in nou. Topo
graph. SS.

Card. Baron.
in Not. ad
Martyrol.

in Archiep.
Bonon.

Bosius de sig.
Eccl. refert.

Pennor. iib. 2.
hist. Gener.
Clet. Canon.

Volater. l. 2.
Comm. Urb.

Sig. de Bon.
Episc.

Ciacon. edit.
veter. & 532.
nouz.

fit velut merities , sepultus est in Ecclesia sua , illatusque tumulo Beati Agapiti Martyris ; Deus eius mortem miraculis coruscare voluit , nam mulier à Dæmone obsessa sepulcrum eius tenens , illicò sanata est , & suspensis antè illud lampadibus , luminaria cunctis videntibus , & mirantibus , nemine ignem ingerente derepente fuerunt accensa . erat annos natus CX. cum animam efflauit , annusque à Christo nato MCLIX. voluebatur . Hæc ex Officijs proprijs Sanctorum , quæ à Canonicis Regularibus recitanda concessit Sanctæ memoriæ Papa Pius Quintus : relatus fuit inter Sanctos , eius è Reliquijs , aliqua Corneti asseruantur , vt ex Indice superiùs relato probatur , Bononiæ quiescere Romanum Martyrologium fatetur , è familia Guarinia originem eius repetit Vghellus , & adscribit insignia Bouem erectum , anhelantemque ac collum milio circumdatum , fufissimè Augustinus Ticinensis Canonicus huius Sancti vitam descripsit , Suriusque retulit ex illo . Petrus Apollonius hoc eum disticho celebrauit .

*Terrenas contempsit opes , Fastumque Guarinus ,
Clarior vt Cælo , diuitiorque foret .*

Anno igitur MCLIX. mense Martio Hadrianus Quartus Iulium , quem Presbyterum Cardinalem Tituli Sancti Marcelli designarat Cælestinus Secundus anno MCXLIV. , promouit ad Episcopatum prænestinum loco Guarini , qui è viuis excesserat VIII. Idus Februarij , tum legauit eum cum alijs Cardinalibus ad Guillelmum Siciliæ Regem , & illis auctoribus Regem suscepit in gratiam , cumque ipso conciliato firmissimum percussit foedus Beneuenti . Federicus Imperator id iniquissimè tulit , & hoc colore ab Hadriano alienatus est , publicè conquestus illud foedus in odium , detrimentumque Imperij

Edic. Venet.
1634. in 8.

Ciacon.

rij Romani cedere. Hadriano Quarto defuncto Alexandri Tertij ritè Pontificis electi partes tutatus ab ipso stetit aduersus Octavianum intrusum è presbytero Tituli Sanctæ Cæciliæ Cardinale Victorem Quartum dictum. quemadmodum intelligitur ex Epistola, quam cum alijs Cardinalibus Iulius ad omnes Christianos, atque ad Federicum ipsum Imperatorem misit, in qua Comitiorum Alexandrinorum rationem reddit. In Anagninis monumentis anno MCLXI. Terracinæ cum Alexandro Tertio, & Cardinalibus Iulius subscriptus est, ab Alexandro Legatus cum Petro Cardinale Sancti Eustachij in Pannoniam Hungaros ad eius obsequium traduxit. Itaque Rex Hungarorum Alexandrum Tertium iustum pontificem agnouit, & veneratus est, ab Alexandro in Gallias profugiente relictus in Vrbe Vicarius Iulius anno MCLXIV. prudentissimè illam difficillimis temporibus rexit, eodemque anno, seu MCLXV. moriens inibi situs fuit. Manfredus, seu Maffredus Diaconus Sancti Georgij ad velum aureum Cardinalis anno MCLXIII. euectus ad Titulum Sanctæ Cæciliæ, & Presbyteratum anno MCLXIV. & anno MCLXVI. ab Alexandro Tertio apud Senonas in Gallijs degente, Iulio successus fuit in Episcopatu Pranestino, Pontificemque successatus anno MCLXXVI. Indictione IX. mense Februarij Venetias nauigantem per mare Hadriaticum, vt in eius Actis narratur, & à Romualdo Archiepiscopo Salernitano, quin & in Dalmatiam delatum Iaderam vsque, teste Cardinale de Aragonia, Ferrariam insuper regressum comitatus idem Manfredus mense Iulio in Vigilia Beati Iacobi cum alijs Cardinalibus ab Alexandro Tertio missus vsque ad Ecclesiam Sancti Nicolai Venetijs in Capite Riui alti.

Card. de Aragon. cod. Vat. m. f. 153. 4. lib. de gest. Rom. Pontif.

Card. Baron. to. 12. Annal. Eccles.

Viuian. II.

Ciacon.

Contelor. in concord. Alex. III.

Romuald. apud Contel.

Astor.

Contelor. ex
Rogerio An-
glo, & Obo-
sic
Baron.
Ciacon.
lib. 2. Ligni
vitz.

Ciacon.

Fanuin.

l. 2. ep. 1. & 2.

Frizon.
Sirmond. in
Not. ad ep.
Petri Cellen.
& ad 55. &
ad 21. l. 8.

alti. Federicum, seu Fridericum Imperatorem, eiusque Comites Schisma eiurantes absoluit ab Anathemate anno MCLXXVII., & Alexandro semper adfuit, nec ab eius latere discessit, donec Anagniam Octobri mensē perueniens diem clausit extremum, XVI. Kalend. Februarij. VVion è Kalendario, seu Necrologio Montis Casini addit hunc Manfredum Benedictini Ordinis fuisse alumnum in Monasterio Mantuano educatum anno MCLXVI. ab Alexandro Tertio Legatum cum Petro Cardinale Diacono Sanctæ Mariæ in Aquiro ad Guillelmum Regem Siciliae, vt auxilium peteret aduersus Federicum, qui schismaticis fauens Urbem obsidebat. Berneredus, qui & Bernaredus, ac Bernerus, seu Bernardus, imò & Benemerodus Abbas Sancti Crispini Ordinis Sancti Benedicti Romam ad Concilium Lateranense profectus ab Alexandro Tertio Cardinalatu auctus fuit, & Episcopatum Prænestino donatus; Sic enim ad illum scribit Petrus Cellensis Abbas Sancti Remigij. *quando ut Tuo Episcopo* (Suessionensi certè, intrà cuius Urbem situm est Cœnobium Sanctorum Crispini, & Crispiniani, Neuelonem istum Episcopum vocat Frizonius, qui cognomen adijcit de Cherisy, & anno MCLXXV. fuisse Consecratum illum Chenu prodit) *acquiescerem, ire cum eo ad Concilium permisi, si Te Cœlestis dispensatio illaqueauit, quid Tibi irasceris? quid mihi?*; varias etiam eidem exaravit ille Petrus epistolas, anno itaq; MCLXXIX. subscripsit Bernaredus diplomati, quod Alexander Tertius dedit pro Alphonso Lusitaniæ Rege, & alteri pro Monasterio nouo Pietauiensi, & alteri dato anno XX. Pontificatus, v. Non. Iulij Indictione XII. quod asseruatur in *Κειμηλιόις* Eminentissimi Card. Francisci Barberini Mæcænatis; ad hunc Berneredum

dum scripsit & Stephanus Episcopus Tomacensis, felicem eius obitum miraculis illustratum notat superscriptus Petrus Abbas ad Episcopum Tusculanum Cardinalem, accidit hic obitus anno Reparate Salutis MCLXXXI. apud Montem Casinum, ubi iacet. Frizonius non minus cæcutit, & cespitat in hoc Cardinale quàm Ciaconius, & ἀργήσιμος, ac Synonymijs ambo deluduntur. anno MCLXXX. anteriori, IV. Kalend. Martij à Christi Incarnatione subscripserat Alexandri Tertij Bullæ Bernaredus. At eius defuncti assumptus in locum Paulus Scholarius, seu Scholaris Filius Ioannis, & Mariæ Romanus è Regione Pineæ ad infulas Cardinalatus, & ad thronum Ecclesiæ Prænestinæ fuit ab Alexandro Tertio euocatus; ædificauerat ille propè Basilicam Liberianam, siue Sanctæ Mariæ Maioris, cuius Canonicus fuerat, cum esset Cardinalis, Episcopusque Prænestinus, Palatium pro se successoribusque Prænestinis Episcopis (vt in Codice m. s. legitur, hisce verbis *de proprio fecerat fabricari Prænestino Episcopo, qui pro tempore fuerit*) tum alia multa donauerat, quæ Cælestinus Tertius istius Pauli siue Paulini (vti vocat Cardinalis Baronius) ad solium Apostolicum euecti, & Clementis Tertij nuncupati successor in Romano Pontificatu rata habuit Bulla data Laterani per manum Aegidij Diaconi Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano anno MCXCI. Indiction. X. II. Non. Ianuarij, quam refert Vghellus, præfuit Ecclesiæ Prænestinæ iste Paulus ab anno MCLXXXI. ad MCLXXXVIII., quo Pontificiam Cathedram conscendit, interim varijs Diplomatis subscripsit, adhæsitque lateribus Alexandri Tertij, Lucij Tertij, Urbani Tertij, & Gregorij Octaui. Ita Prænestinarum Episcoporum fidam, atque strenuam operam.

in not. Ciac.

l. 9. ep. 6.

Ciacon.

Seueran. de
7. Eccl.

in Ciacon.

Bulla Lucij
III. apud
Emio. Card.
Barberinum.

Frizon.

cx.

Viuian. de
iure patron.
l. 3. p. 1. c. 2.
nu. 67. & 68.
emendandus
in subscript.
c. 2. ext. de
restib. cog.

to. 3. Annal.
S. Bened.]

expertus est Alexander Tertius Iulij, Masfredi, Berneredi, & Pauli, probaueruntque Alexandri Tertij successores quâ in Legationibus, quâ in Consecrationibus Ecclesiarum, & Benedictionibus Abbatum, hos verò quatuor Prænestinos Antistites Alexander ipse Tertius legerat. docet illius rescriptum ad Presbyteros Ponticæ caussam inter Episcopum Prænestinum, & Sublacensem Abbatem tunc fuisse ventilatam. Paulus igitur hic Prænestinus Episcopus anno MCLXXXVIII. VIII. Idus Ianuarij Summus Pontifex in locum Gregorij Octaui fato nuper functi renuntiatus Pisis in Ecclesia Cathedrali Cardinalium suffragijs ritè, ac iuxtâ legem Alexandrinam super Comitij, Clementis Tertij nomen assumpsit, pacem illicò cum popularibus suis (Romanis nempe ciuibus) composuit, & Urbis Dominium recepit suppressis Senatoribus, Præfecturamque restituit; pro Expeditione Syriaca, sacroque bello plurimùm laborauit, & Imperatorem Federicum, Philippum Francorum, & Henricum Angliæ Reges, vt Crucem assumerent, & ad Terram Sanctam pergerent impulit; sibi verò subrogauit in Episcopatu Prænestino Maynardum, seu Gherardum Galum Monachum Cisterciensem septimum Abbatem Pontiniaci in Diocese Antisiodorensi virum omni disciplinarum excultum genere, atque in expediendis pro Ecclesia Dei consilijs promptum, & alacrem, ipsique Clementi Tertio carissimum anno MC. LXXXVIII. quo & morte præreptus fuit hic Maynardus, vnde oculatissimis etiam scriptoribus excidit, vt obseruat Vghellus, qui ab Antonio Yopez, Roberto, & Frizonio ipsum memorari adnotat, sed & Girardi cum nomine Ciaconius profert. successit Maynardo Ioannes de Comitibus Signiæ Anagninus
anno

anno MCXC. mense Septembri Romæ sublectus à
 Clemente Tertio, quem Hadrianus Quartus an-
 no MCLVIII. mense Martio Diaconum Sanctæ
 Mariæ in Equirio Cardinalem constituerat, & Ale-
 xander Tertius anno MCLXIV. Senonibus Presby-
 terum Tituli Sancti Marci Cardinalem declararat,
 cuius Alexandri Tertij comes, & Legatus Ioannes
 iste in Longobardia etiam fuit, & qui eum coram
 Ludouico Francorum Rege defenderat egregiè,
 Venetias profecturus, interfuit abiurationi Federici,
 idem Ioannes à Clem. III. insuper Legatus in Gal-
 lias, vt Philippum Francorum, Henricumque An-
 gliæ Reges conciliaret, inprimis factiosos in cento-
 res belli deuouit diris, tum eas ipsi Philippo com-
 minatus fuit. Legationem etiam in Umbria, quin
 & in Hungaria obiit Apostolicam; sub Coelestino
 Tertio subscripsit Bullæ pro Monasterio Sanctæ Ma-
 riæ Campi Martij in Vrbe, decessitque anno MC.
 XCVI. è vita. Hic intexit Ciaconius Guillelmum,
 seu VVilhelmum Blesensem Archiepiscopum Rem-
 ensensem, adnumeratque Prænestinis Episcopis, sed
 etsi fuerit Tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardina-
 lis, & fortassis secundum Archiepiscoporum Remen-
 sium priuilegium, de quo superius egi, & tantum
 honorarius, Prænestinæ tamen neuiquam præse-
 dit Ecclesiæ, sicuti neque Cencius è Presbytero Car-
 dinali Tituli Sancti Laurentij in Lucina, quem an-
 no MCLIII. ab Anastasio Quarto Præsulem Præne-
 stinum coopratum putat idem Ciaconius, irrepsit
 fortè pro VVidone VVilhelmus in Appendice Ma-
 riani Scoti, & à librarijs scriptoribus breuitatem
 affectantibus, & VV. principes litteras VVilhelmi,
 ac VVidonis tantum effingentibus data fuit ansa
 VVilhelmum pro VVidone substituendi. Vghellus
 etiam

Ciacon.

Radeuico
Frisingen. l. 4.
c. 57. & 74.F. b. con. n.
- 14. 20. 18. 19.
- 11. 11. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.c. 594. exco.
que Feizonz

Cap. 10.

etiam Ciaconium, & Frizonium pluribus validè confutat, suffectumque dilucidè demonstrat Ioanni VVidonem de Parè Gallum Abbatem Cistertianum decimumquintum, qui annis XII. Ordinem rexit summa cum laude pietatis, atque prudentiæ, ab Innocentio Tertio Episcopum Cardinalem Prænestinum Anno MCXCVIII. designatum Romæ mense Decembri, Legatumque in Gallias, ac Germanias anno MCXCIX. ubi Othonis Quarti Imperatoris Electionem auctoritate Pontificia confirmavit, & Philippum Sueuum Othonis æmulum, eiusque affectas anathemate percussit, quod ambitione sua publicam tranquillitatem perturbarent; Leodij Synodum conuocauit, & Clericos lapsos seuerioribus legibus, optimisque coerxit institutis, quæ refert ex parte Aegidius Buecherus. Colonie primus instituit, ut ad incruenta, & sacrosanctæ Hostiæ, Calicisque in Sacrificio Missæ augustissimo eleuationem Campanulæ sonitus ederetur; cumque Diuinum ipsum Viaticum deferretur ad ægrotos, tintinabulum itidem personans præcederet, ad monendum populum, ut Christum ibi adoraret. ad hunc VVidonem Legatum in Germania rescripsit Innocentius Tertius super Præpositura Colocensis Ecclesiæ, qui eiusdem meminit agens de Sancti Trudonis Ecclesia, & in responso ad Canonicos Moguntinenses super Electione Archiepiscopi. Huic VVidoni Prænestino Episcopo Remensem contulit Archiepiscopatum Innocentius Tertius Bulla data Laterani II. Nonas Iulij anno Pontificatus VII. Christi MCCIV. quam inserit holographam Vghellus, illi, ac successoribus priuilegium Reges inungendi confirmat idem Innocentius anno MCCV. Idibus Maij, quo anno memorant VVidonem Episcopum Car-

in not. ad Aegidij de Aurea Valle histor. Leod.

Cesarus Heisterbac. lib. c. 2. & l. 9. c. 51. miracul.

Nucer. in Chron. vit.

Robert. in Gall. Chist.

c. dudum 22. ext. de El. st.

c. 6. ext. de offic. Legat.

c. bonz 21. ext. de elect.

Cardinalem Prænestinum exaratae calamo tabulae
 Monasterij Sanctae Mariae Campi Martij in Vr-
 be. Probat Vghellus varijs è Bullis VVidonem de
 Parè Cardinalem Prænestinum vixisse ad annum
 MCCVI. quo XIII. Kalendas Iunii, imò XXXI. Iu-
 lii, seu III. Kalendas Augusti, vt in Gallicano Mar-
 tyrologio adnotatur, & Bulla Innocentii Tertii ad
 eum data III. Idus Iunii anno Pontificatus IX. euin-
 cit, contagiosa lue correptus migravit in coelum
 Gandavi, vbi sepultus fuit in Monasterio Sancti Pe-
 tri, ac inde Cistertium deportatus, vbi hoc Epita-
 phio decoratur in Choro.

Nobis donatus de culmine Pontificatus

Rhemis translatus iacet hic vir Guido beatus.

Certè Guido iste de Parè felici excessu ad Domi-
 num abiisse dicitur, & vitæ inculpatae nitore, ac
 magnæ religionis splendore insignis, piæ memoriæ
 dicitur, atque Beatis accensetur ab auctoribus Ka-
 lendarii Cistertiensis, & Martyrologij Galli-
 cani, & à Chrysofomo Hen-

in Fascic. 55,
 Cistercion.



De Prænestinis Episcopis ad ann. MCCC.

CAPVT XIII.



VIDONEM de Parè in Episcopatu Prænestino excepit VVido de Papa, seu Paparonus, vel Paparescus è pro genie Innocentij Secundi descendens Romanus anno MCCVII. mense Decembri consecratus ab Innocentio Tertio.

Hic à Clemente Tertio Cardinalis Presbyter Tituli Sanctæ Mariæ Transtiberim delectus, Legatus fuerat cum Octauiano Ostiensi, & Hugolino Diacono Sancti Eustachij Cardinalibus aduersus Marcualdum Regni Neapolitani Senescalcum, qui vexabat Romanam Ecclesiam, & propterea excommunicatus fuerat, eumque Verulis satisfactione suscepta absoluit anno MCXCIX. alteram Legationem anno MCCII. in Longobardia, & Marchia obiit, Angelica visione admonitus Innocentio Tertio fuit auctor vt Ecclesiam Sanctæ Mariæ Transtiberim Consecraret, quod Concilij Lateranensis temporibus factum est. Vir fuit decorus forma, statura procerâ, canitie venerabilis, patientia laudabilis, castitate, vitæque honestate præfulgidus, mortuus est XVII. Kalendas Septembris anno MCCXXI. Interfuerat eo anno Kalend. Aprilis Consecrationi Ecclesiæ Sanctorum Vincentij, & Anastasij ad Aquas Saluias, vt docet Inscriptio marmorea. Mox tertius VVido nō ex Nobilibus de Bisuntio Vrbeuetanus Regulus, sed è Petri Leonis, seu Perleona Gente Romanus, vt probat

Chron. Caf
Genes.

bat luculentè .R. P. Vghellus scrutator Antiquitatis Ecclesiasticæ solertissimus è vetustis Kalendaris Ecclesiæ Placentinæ , & è Bulla Honorij Tertij , qui ab Innocentio Tertio anno MCCV. Cardinalis Diaconus Sancti Nicolai in Carcere Tulliano mense Decembri renuntiatus fuerat , ab Honorio Tertio admotus fuit Ecclesiæ Prænestinæ clauo an. MCCXXI. mense quoque Decembri, Consecratusque Pontifice initiante, Legatus in Longobardia, & multarū caussarum Auditor interijt anno MCCXXVIII. die VII. kal. Maij illū Toftus Ciuis Romanus hostiliter insequutus, excōmunicationis laqueis fuit innodatus, vt Cardinalis Thomas de Capua Gregorij Noni nomine refert. Conradū Ordinis Cisterciensis alumnū è Chronico Montisfortis Vignerius auctor suspectus ad annum MCCXXII. vocat Episcopum Prænestinum , cum fuerit Portuensis , Legatusque aduersus Albigenses è Ciaconio , Catello , & G. de Podio Laurentij , & Incerto . In Officio Sancti Brunonis Signini legitur Honorium Tertium anno MCCXXIII. Pontificatus sui VII. in Brunonis illius honorem Deo aram solemnè ritu dedicasse, ministris Petro Prænestinensi , Nicolao Tusculanensi , & Andrea Portuensi Episcopis ; sed Petrum Sabinensem Episcopū anno MCCXXVI. ab Honorio Tertio adscitū, ad annum MCCXXXVII. vixisse apud Ciaconium comperio . VVion vitam eius ad annum MCCLII. producit , quo Perusij tumulatus est . Pizæus scriptor Hæreticus anno circiter MCCXXIX. Legatos Gregorij Noni Ioannem Episcopum Prænestinum , & Othonem Diaconum (non vt ille adscribit Episcopum) Sancti Angeli pacem composuisse inter Ducem Meranix , & Stephanum Cabilonensem Comitem Burgundix narrat . Sed neque Conradus , neque Petrus , neque Ioannes Prænestinam Ecclesiam obti-

Ciacon.

Vghell.

ep. 11. dicta-
min. sui m. 6.
Cod. Barber.
2139.
Bibliot. hist.Hist. Comit.
Tolosan.

Chron. c. 34.

Chron. Inc.

lect. 6. à Io-
sepho Episc.
Veron. edit.
Rom. 1592.

Hist. Arauf.

nue.

nuerunt; nam Iacobus de Pecoraria Ordinis etiam Cisterciensis, Placentiae nobilibus, & opulentis parentibus, qui vallis Pecorariae in agro Placentino conditionem possidebant, & Placentinum saepe Consulatam gesserunt, natus, cum primum Sancti Domini Clericus, tum Archidiaconus Rauennas se Diuino cultui addixisset, secedensque in Gallias Cistercij Regulam professus anno MCCXV. adeo in doctrine pietatisque studijs profecisset, vt Abbas electus Monasterij Sanctorum Vincetij, & Anastasij ad tres Fontes, siue ad aquas falsas extra Urbem Honorio Tertio acceptissimus, ab eoque Poenitentiarius, & Capellanus designatus, grauissimis negotijs adhibitus esset, à Gregorio Nono ad Cardinalatum, & Episcopatum Praenestinum subuectus fuit anno MCCXXXI. mense Septembri, missusque ad Federicum Imperatorem cum Odone Blanco Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinale ad pacis negotium pertractandum Diplomate dato Spoleti IV. Idus Iulij anno VI. Pontificatus Christi MCCXXXII. à Federico fuit detentus, vt ipse Gregorius queritur in epistola, quam Gregerus edidit in lucem, inde ad Insubres dissidentes conciliandos, sedandumque bellum, quo ardebant, cum eodem Odone Legatus, calamitosam cladem compressit. Fuit & in Insubriam remissus, vt inter populos illos, & Federicum Imperatorem pax coiret; quartò Pannonicam Legationem obiuit, vbi Ducem Meraniae cum Stephano Comite Cabilonensi pacare potuit. quintò Hetruscam, inter Florentinos, & Senenses arbiter honorarius, reuersusque Romam Vicarius constituitur, Gregorii Decimi tunc in minoribus, & priuati familiaris, & amicus anno circiter MCCXXXVI. sextò Gallicam, & Hispanicam, vt Albigensum furorem retunderet, & Crucem aduersus illos praedicaret, exciretque &

ac-

accerferet Præsules ad Concilium Lateranense, quod Gregorius Nonus conuocarat aduersus Federicum Imperatorem. itaque Iacobus euentus peregrinum clam Roma discessit, Genuamque pertransiens Gallias appulit, vbi quantumuis Federicus impediret, & obfisteret, Albigenfes Hæreticos afflixit, & fregit, cūque plurimos Episcopos, & Abbates è Gallia, Britāniaque collectos, duosque alios Apostolicos Legatos, Odonē nēpe, ac alterū Gregoriū scilicet nauibus imposuisset, classisque Ligustica, quæ illos uehebat, Genuam intendens, vt inde peteret Ostiam, nauigaret in Corsico mari, incidit in Pisanos, qui Federico fauebant, collatisque signis breui victa est. Pisanorum in manus Iacobus Pecoraria, & alii Legati, Præsulesque, atque in Federici potestatem deuenere, à quo abduci iussi diuersa per loca Neapolitani Regni teterrimis carceribus macerati sunt. Denique Federicus Iacobum vinculis solutum, Regiisque muneribus donatum Collegii rogatu dimisit, orauitque vt secum amicitiam inire, ac excolere vellet, at ille imperterritus se colere velle Federicum tamdiu, quamdiu is Ecclesiam coluisset, respondit, Romam ergo rediit, ibique Vicarius ab Innocentio Quarto in Gallias profugiente relictus, cum in Vaticana Basilica Dei verbum prædicasset eloquentissimè, VI. Kalendas Iulii anno Christi MCC. XLIV. vitam cum morte commutauit, & ibidem sepultus iacuit, donec ex testamento Claramuallem eius corpus translatum, in Galliis propè Sanctum Malachiam situm fuit in Presbyterio, Placentiæ in Ecclesia Cathedrale requiescunt pars capitis, & digiti, vti notat Inscriptio. Ecclesiam Sancti Domini Consecrauit anno MCCXXXVI. Kalendis Decembris, & claustrum construi curauit ille Placentiæ,

Ciacconi.

Crantz. l. 7.
Metrop. c. 56
& l. 8. c. 9.Greiser ant.
monum. edit.
Ingolst. 1610.
in 4.Blond. in Da.
ca. d. hist. ab
inclin. Imp.
l. 2.

tiæ, at in Prænestina Diœcesè, inque oppido Palliano à fundamentis erexit, dotauitque Monasterium Virginum Deo deuotarum Ordinis Cisterciensis in Sancti Petri honorem, confirmauitque ea omnia Innocentius Quartus Bulla data Anagninæ IV. Idus Septembris anno Pontificatus Primo, qui litteras etiam dedit Lugduni directas Abbatissæ, & Conuentui ne cogerentur recipere Moniales vltra numerum; Huius Iacobi perhonorificè meminerunt Gregorius Decimus in Epistola Encyclica contra Federicum, S. Antoninus, Corius, & Petrus Maria Campus, aliique. Exacto septennio Stephanus Hungarus è Strigoniensi Archiepiscopatu ad Episcopatum Prænestinum, & Cardinalatum translatus est ab Innocentio Quarto anno MCCLI. qui scripserat interim vniuerso Clero Ciuitatis, & Diœcesis Prænestinæ, vt P. Sancti Georgii ad Velum aureum Diacono Cardinali Legato Reçtori Campaniæ in spiritualibus, & temporalibus, intendant in spiritualibus deuotè Bulla data Lugduni die XI. Kalendas Maii anno Pontificatus VI., vir erat hic Stephanus moribus honestissimis conspicuus, litterarum scientiæ præditus, & prudentia circumspectus, verùm cum aëris inexperti non ferret intemperiem, aliisque de causis, ad Ecclesiam Strigoniensem se remitti postulauit, cumquè id certis legibus impetrasset, mox permisit illi Summus Pontifex Innocentius, vt cum Archiepiscopatu Strigoniensi Prænestinum Episcopatum, & Cardinalatum simul retineret, vti patet è Diplomatis ab Vghello relatis anno MCCLVIII. subscripsit cum aliis Cardinalibus Alexandri Quarti Bullæ datæ Anagninæ XVI. Kalend. April. Indict. II. anno MCCLXI. alteri eiusdem Alexandri Constitutioni Dat. Anagninæ IX. Iulii circà Cypri Politiam

Ec-

num. 106.

hist. p. 3 tit. 13
c. 4.hist. Mediol.
vit. Greg. X.

Bull. 64. Curialium.

Ecclesiasticam, seu Hierarchiam, quam cum Notis edidit in lucem R. P. Vincentius Ricardus non minus eruditus quam pius, hac formula Græca *ἔγω Στέφανος Ἐπισκόπος Πρανεστίνης*. Adfuerat electioni Alexandri Quarti anno MCCLIV. Urbani Quarti, anno MCCLXI; & Clementis Quarti, anno MCCLXV; Consecrationi altarium in Sanctæ Agnetis Ecclesia interuenerat anno MCCLVI. vt in Epigraphe legitur. In dedicatione Ecclesiæ Sanctorum Lucæ, & Martinæ in Foro Boario anno MCCLVII. adfiterat Alexandro Tertio, Legationes plurimas gessit, Hungaricam præcipuè, ac Sclauonicam, in qua Belam Regem perspecta eius perfidia percussit anathemate, vnde Belas per litteras Innocentium Quartum rogauit, vt se Regnumque suum à censuris, ac excommunicatione Prænestini Episcopi solueret, obiit sedente Clemente Quarto, Gregoriusque Decimus anno I. Pontificatus, Christi MCCLXXI. Fratrem Vicedominum de Vicedominis Placentinum filium fororis ab Aquensi Archiepiscopatu traduxit ad Episcopatum Prænestinum, annum Christi MCC. LXXIV. Pontificatus III. putauit errans Ciaconius, addiditque illum, cum Clericus sæcularis esset, professum fuisse Ordinem Minorum Sancti Francisci de licentia Papæ, in quorum Chronico de Vice-Comitibus falsò cognominatur, anno MCCLVII. e Præposito Grassensi electus Archiepiscopus Aquensis IV. Kalendas Septembris edidit Statuta Diœcesana Kalendis Iunij anno MCCLIX.; Carolum Andegauensem Sancti Ludouici Francorum Regis fratrem comitatus ad Neapolitanum Regnum capessendum anno MCCLXV.; interfuit Concilio Lugdunensi Oecumenico die VII. Maij anno MCCLXXIV. subscripsit priuilegio Gregorij Deci-

Ciacon.]

Torrig. Crisp.
vatic.lib. Czrem.
Rom. Cur.
sub Mart. V.Nostrad. in
hist. Prou.Chenu in
Chron. Ar-
chiep. Gall.Robert. in
Gall. Christ.m. f. Card. à
Balneo.

Tongelin. in
Notit. Abb.
Cistert.

num. 33.

VVadd to. 2.
Annal. Ord.
Min.
num. 61.
ep. 63. anno
Pontif. 3.

Andr. Victo-
rell. in notis
ad Ciac. post
Steph. II. ad
ann. 752.

in Annal.
Ecl. ad ann.
1276.

mi pro Monasterio Vallis Dei Ordinis Cistertien-
sis Diocesis Leodiensis dato Lugduni Kalendis
Aprilis Indictione III. anno Pontificatus IV. Chri-
sti MCCLXXV. per manus Io. Franchi Archidiaconi
Bergomensis S. R. E. Vicecancellarij ; Gregorius
Decimus anno I. Pontificatus epistolam miserat
Archiepiscopo Aquensi Apostolicæ Sedis Legato
in Lombardia, Genuense Prouincia, & Romano-
la, hunc opinor fuisse Vicedominum, cui eo in-
super anno Prænestinam commisit Ecclesiam,
postulatus verò fuerat eius in locum ab Aquensi
Capitulo Sistaricensis Episcopus; sed Gregorius
Decimus, de plenitudine potestatis Grimerium ex
Archidiacono Aquensi, & Capellano suo delegit,
præfecitque, ac ei scripsit epistolam datam apud
Sanctam Crucem II. Non. Septembris anno I. Pon-
tificatus, Christi MCCLXXI; deque illo Grimerio
etiam agit alibi. Obijt Vicedominus Viterbij anno
MCCLXXVI., ibique tumultus fuit in Ecclesia
Minorum, quamuis Ciaconius sibi non cohærens
ad annum MCCLXXVII. eius vitam producat. E
Necrologio quidem Ecclesiæ Placentinæ constat
(vti Petrus Maria Campus affirmavit) Vicedomi-
num istum VIII. Idus Septembris Sede Vacante
post Hadrianum Quintum, cum suffragia Cardina-
lium in eum concurrissent, Papam electum non
fuisse in suo Papatu nisi vnum diem, & fratrem
Minorem demortuum. Spondanus tamen nume-
rum Pontificum idè multiplicandum non cen-
set, & eum latere sinit, quia nemo alius meminit;
imo neque nomen, quod assumpsit, traditur, Raynal-
dus penitus omisit. Id. autem Sept. ad Romani Pon-
tificatus verticem anno illo MCCLXXVI. Viterbij
prouectus fuit Ioannes XX., seu XXI. qui Erardum

non

non de Lignerijs, vel Lesingerijs, sed de Lesignijs, seu Lisingijs Gallum Lingonen. Diœcesis, qui e Decano Antisiodorensi Episcopus Aprili mense anno MCCLXXII. nominatus orationem habuerat coram Sancto Ludouico Rege Francorum, vt cogentur excommunicati ante annum absolutionem petere, auxit Romæ Prænestino Episcopatu, Cardinalatue, cum Romam Erardus iste venisset pro tuendis Ecclesiæ suæ iuribus aduersus Comitem, verum vtroque ille potiri diu non potuit, ibidem namque obiit anno MCCLXXVII. die XVIII. Augusti; ossa eius Antisiodorum relata XVIII. Martij anno, qui consequutus est, in Basilica Sancti Stephani cum Guidonis de Melloto auunculi, & in Antisiodorensi Episcopatu antecessoris sui cineribus sepulta sunt. Frizonius Erardum hunc prætermisit, at Ciaconius confudit cum successore in Cardinalitia dignitate, inque sede Prænestina; fuit is Gerardus Cupalates Placentinus, quem Nicolaus Tertius ad Petri quoque Cathedram Viterbij elatus die XXV. Nouembris anno MCCLXXVII., Cardinalem dixit, & in Prænestino folio substituit Erardo die III. Idus Martij anno MCCLXXVIII. vixque perennauit Gerardus Ciaconio teste, nam fato functus est circa MCCLXXIX. annum. Martinus igitur Papa Quartus (Marinos duos prædecessores adnumerando Martinis) Fratrem Hieronymum Picentem Asculanum, siue de Aesculo, e gente Mascia oriundum, natumque Alexiani, villa est Diœcesis, & ditionis Asculanæ vt accepi à Perill. D. Antonio Rota Canonico Ecclesiæ Cathedralis viro solertissimo, mihiq; amicissimo, qui Sancti Francisci Discipulus, ordinemque Minorum professus, Magister in Theologia, Ordinisque Generalis Minister, licet absens electus, à Gregorio

1e S. de Joinville.

Robert. in Gall. Christ.

Vghell. ad Ciacon.

Natal Amici Can. Antisiodor. ep.

Chenu in Catal. Arch. & Ep. Gall.

Ciacon.

Card. Baron. in notis ad Martyrol. 12. Nou.

Ciacon. Decimo missus Constantinopolim Michaelē Pa-
 læologum Græcorum Imperatorem, & Patriarcham
 Federè in- inuitarat, & exciuerat ad Concilium Lugdunense,
 hist. Burg. in quo Ecclesia Eoa cum Occidua coijt, à Ioanne
 Vigefimoprimo Legatus in Gallias, Hispaniamque,
 ut Reges Francorum, & Castellæ conciliaret, à
 Ciacon. Nicolao Tertio Hierosolymitanus Patriarcha, &
 Cardinalis Presbyter Sanctæ Pudentianæ Tituli Pa-
 storis tertio itidem Idus Martij MCCLXXVIII. an-
 ni constitutus, in Hispaniamque iterum Legatus.
 Martinus (inquam) Quartus, cuius ille Hiero-
 nymus interfuerat Comitij, ipsum Prænestinæ Ec-
 clesiæ præposuit Episcopum Vrbeutere X. Kal.
 Aprilis anno MCCLXXXI., cum verò esset Hiero-
 nymus in Diuinis scripturis exercitatissimus, & acri,
 excellentique ingenio præditus, Commentaria su-
 per Sententias publicauit, inque Bibliorum aliquot
 libros, pluresque sermones, in eligendo Pontifice
 Honorio Quarto elaborauit, & ad illum apicem
 tandem perueniens Nicolaus Quartus dictus VIII.
 Kalend. Martij anno MCCLXXXVIII. sedit annos
 quatuor, mensem vnum, dies IV., Romæque
 decessit pridie Non. Aprilis anno MCCLXXXII.,
 inque Basilica Liberiana quiescit; Pontificiæ histo-
 riæ scriptores fusè res ab eo piè, præclareque gestas
 recensent; Itaque in illis haud immorabor, neque
 sanè cunctator fuit, tardusque Nicolaus Quartus,
 in adsciscendo sibi successore ad solium Prænesti-
 num; in peruigilio etenim Pentecostes anno MCC.
 Ciacon. LXXXVIII. labente, ad illud euocauit Berardum
 de Berardis nobilem Calliensem, electumque anno
 MCCLXXXVI. à Canonicis Collegis suis in discor-
 dia Episcopum patriæ, tum oborta lite, protelata-
 que postulatum à Capitulo Auximanum in Piceno
 Episcopum, præfectumque, vbi multa pietatis ope-
 ra

ra is edidit, Palatium Episcopale ad Aquilonarem partem à fundamentis exædificauit; aliud ad Orientem ante turrin Campanariam, alterum magnificum ad delicias in villa Montisfortis. Legatus quoque Apostolicus de latere ad Regnum Siciliae missus fuit, vnde redux propè Pontem vicum agri Spoletani, obiit mense Iunio anno MCCLXXXI. Subscripsit diplomati Nicolai Quarti anno MCC. LXXXVIII. Bernardus Episcopus Prænestinus, & ita vocitatur eum Frizonius, sub annum MCCLXXXIX. Ecclesiae Anagninae, cui tunc præsidebat Gerardus Episcopus, Capellam donat (ornamenta sacra ad usum sacrosancti mysterij vulgò sic appellant.) Cælestinus Quintus anno MCCLXXXIV. Simonem de Bello loco, seu Beaulieu Gallum in Bria natum à Martino Papa Quarto dilaudatum, Archidiaconum, & Canonicum in Ecclesijs Bituricense, Sancti Martini Turonense, atque Carnotense, tum Monachum Cisterciensem, & Archiepiscopum Bituricensem anno MCCLXXX. propter eruditionem, atque probitatem electum, Neapoli, mense Septembri in quatuor temporibus Episcopum Prænestinum, Cardinalemque selegit, mox Bonifacius Octauus allegauit in Gallias cum Berardo del Goth Cardinale Albanense Episcopo, vt inter Philippum Pulchrum Regem Franciae, ac Eduardum Quartum Regem Angliae pacem procuraret, re infecta, redijt ille relinquens Berardum Collegam in Gallijs fratrem Bertrandi, qui ex Archiepiscopatu Burdegalensi ad Summum Pontificatum conuolauit. Simonem memorant olim Episcopum Prænestinum Acta processus Bonifacij Octauij, Vrbeueteri conditus iacet in Sancti Francisci, in Epitaphio, quod marmoreae tabulae incisum, & ferè deletum refertur ab Vghello, Simonem istum anno Domini MCC.

Frizon. è Zachia Volaterrano Episc. Auximan. in Calog. Ep. Auximan.

Vghell. in Ciacon. & in Ital. Sac.

m. f. Anagn. monumenta

Ciacon.

Frizon. è Mirzo, & Belf.

Chenu Chronolog. Arch. Bituricen.

Thom. VVal. singham.

MCCLXXXVII. & XVIII. die Mensis Augusti legimus obiisse; at Ecclesiae Praenestinae vacantis per eius obitum administrationem concessit Bonifacius Octavus Venerabili fratri Episcopo Aquinati Vicario suo in Vrbe, Bulla data apud Urbem veterem IV. Non. Septembris, videtur hic fuisse Fr. Lambertus ex Episcopo Veglensi translatus ad Aquinatem à Bonifacio Octavo anno MCCLXXXVII. VIII. Kalend. Iunij. Idem Bonifacius anno MCC. LXXXVIII. die IV. Decembris in quatuor temporibus Reatae Theodericum Rainerium Vrbeuetanum electum Archiepiscopum Pisanum Presbyterum Cardinalem Tituli Sanctae Crucis in Hierusalem renuntiauit, & anno MCCLXXXIX. die XIII. Iunij Episcopum Ciuitatis Papalis (ita Praenestensem obsessam, captamque, ac excisam, & aequatam solo iussis incolis ad radices montis habitare in casulis opere tumultuario excitatis denominari Pontifex ille mandarat Columnensibus Dynastis iratus) fuerat hic Theodericus Martino Quarto sedente, Prior Ecclesiae saecularis Sancti Andreae Urbis veteris, Papae Capellanus, & Collector in Germaniam missus, Vulsiniae Ecclesiam Sanctae Christinae construxit, & proximas aedes insignes. In Vrbeueteri Palatium, & turrim, Patrimonium rexit summa cum integritate, ac tranquillitate, inscribitur in Cornetana Margarita ad annum MCCC. Theodericus miseratione Diuina Ciuitatis Papalis Episcopus in Patrimonio Beati Petri in Tuscia Rector, & Capitaneus Generalis. Clemens Quartus Papa eius hisce verbis, meminit anno II. Pontificatus. Theodericus bon. mem. Episcopus Praenestinus, seu Penestrinus, & tunc Ciuitatis Papalis, quae nunc dicitur Penestrina, seu Praenestina. redditum enim fuit Praenestae nomen, reddita suis antiquis

Vghell. to. 6.
 Ital. Sacr.
 Ciacon.

epist. 465.

DOM

tiquis Dominis Præneste, reddita Cardinalibus Eminentissima dignitas, & bona omnia subhastata recepta. Effloruit verò nobilissima gens, & Orbis Christiani bono Heroas innumeros, sed præcipuè Martinum Quintum protulit in Constantiensi Concilio, non tantùm à Cardinalibus variarum Obedientiarum, verùm & ab Episcopis omnium Catholicarum nationum vnanimi consensu Pontificem summum electum, qui Romæ patriæ suæ Pontificalem gloriam, & pacem Schismate perniciosissimo extincto Ecclesiæ restituit vniuersæ. Exemptus est autem è viuis Rainerius Episcopus Prænestinus anno MCCCVI. die VII. Decembris.

*De Prænestinis Episcopis ad annum
MCCCC.*

CAPVT XIV.



PETRVM de Taillefer Dominum Capellæ Lemouicensis Diocesis filium Guidonis Domini quoque Capellæ, qui vitam ad CXX. produxit annos, cum Tolofanus esset Episcopus ab anno MCCXCIX. Clemens Quintus Lugduni die XV. Decembris, seu Sabbatho in quatuor temporibus Aduentus anno MCCCV. Cardinalem sublegit assignato Titulo Vestinæ Presbyterum Sancti Vitalis, à quo illum extulit ad Episcopatum Prænestinum anno subsequuto, auunculus fuit iste Petrus Rogerij le Fort Bituricensis Archiepiscopi, qui vi-
tæ

Petrarch. ep.
lib. 5.
Extrar. dudū
Bened. X.
Aegid. Belle-
mer.

Petrarch.
lib. 5.
Extrar. dudū
Bened. X.
Aegid. Belle-
mer.

Petrarch.
lib. 5.
Extrar. dudū
Bened. X.
Aegid. Belle-
mer.

Petrarch.
lib. 5.
Extrar. dudū
Bened. X.
Aegid. Belle-
mer.

Petrarch.
lib. 5.
Extrar. dudū
Bened. X.
Aegid. Belle-
mer.

Petrarch.
lib. 5.
Extrar. dudū
Bened. X.
Aegid. Belle-
mer.

tæ sanctitate clarus exstitit, Beatusque censetur,
 hallucinantur, qui cum Petro d'Arrablayo Franciæ
 Cancellario, seu Nomophylace, quæ Ioannes Vigesi-
 mosecundus ad Cardinalatum euexit, eum miscent.
 Obijt hic Petrus Episcopus Prænestinus die XVI. seu
 XX. Martij anno MCCCXII. in Capella patria, &
 ditione sua, antea inter alios Cardinales mandato
 Clementis Quinti anno MCCCVII. Pictavis Tem-
 plariorum Equitum Depositiones, seu Confessiones
 audiit, & iussit in Acta migrare, & quia illorum cu-
 stodia ipsi demandata fuerat, eos in Viennensi Con-
 cilio iussus est exhibere, vt e Bulla Pontificia, eius-
 que liquet epistola data anno MCCCVIII. Vidi
 olim Inuentarium bonorum omnium Petri bon-
 mem. quondam Episcopi Prænestini, quæ Decano,
 & Capitulo Ecclesiæ nouæ Beatæ Mariæ de Ca-
 pella Lemouicensis Diœcesis obuenerant, quæque
 in eadem Capella perquisita, repertaque fuerant à
 Commissarijs Ioannis Vigesimisecondi iussu missis
 anno MCCCXXVII. Huic Petro suffectus illicò ab
 ipso Clemente Auenioni eodem anno MCCCXII.
 die XIV. seu XXIII. Decembris, Gulielmus de Man-
 dagoto, erat is e Dynastis de Montepetroso Nota-
 rius Nicolai Papæ Quarti, Capellanus Bonifacij O-
 ctavi, anno MCCXC. Archidiaconus Nemausensis,
 Præpositus Ecclesiæ Tolosanæ Ordinis Sancti Au-
 gustini, postea Episcopus Auenionensis an. MCCCX.
 deinde Lodouensis anno MCCCXVI. vnde transla-
 tus est ad Archiepiscopatum Ebredunensem, Iuris
 Canonici peritissimus, scripsit librum de Prælato-
 rum Electione, operamque strenuam in compilan-
 do sexto Decretalium libro nauauit, fuerat & Ar-
 chiepiscopus Aquensis anno MCCCXVI. Ioannis
 Vigesimisecondi Pontificatus I. adsignatæ fuere
 XXVI. do-

Petr. Putean.
lib. de con-
dem. Templ.

Ciacón.
Frizon.
Contelór.
Vghell.
Chenu.

in Arch. Pal.
Auenion.

Plantavit. de
Lodou. Epif.

Ciacón.

Bonif. VIII.
in præf. De-
cretal. lib. 6.

XXVI. domus Cardinali Prænestino ad inhabitandum Auenioni, Guillelmum Episcopum Prænestinum Arausicæ in domo Arcus positum statuta quedam condidisse pro Monasterio Montis-Majoris anno MCCCXV. P. Odo adnotavit. Hic Guillelmus desijt in viuis esse anno MCCCXXI., seu MCCC. XXIV. mense Nouembri Auenioni in Sanctæ Catherinæ Parthenone sepultus, vti suadent insignia, quæ fundatorem illum arguunt. Petrum de Columna Cardinalem anno MCCLXXXVIII. à Nicolao Quarto designatum, à Bonifacio Octauo die X. Maij anno MCCXCVII. eo honore spoliatum Clemens Quintus Lugduni restituit anno MCCC. die XV. Decembris. Ille verò Prænestinus Episcopus anno MCCCXXVI. animam efflauit Auenioni, vnde ad Sanctæ Mariæ Maioris Romam translatus iacet cum Epitaphio, quod quia Ciaconius, & Nomenclator referunt, ne actum agere videar, lubens prætereo, anno MCCCXXXIV. Petrus alius erat Episcopus Prænestinus de Prato nempe Diocesis Caturcensis, quem putat Minoritam Frizonius, & Episcopum Regiensem in Gallia, sed Bartel in Historia Præsulum Regiensium, quam diligentissimè concinnauit, nusquam huius Petri de Prato meminit, anno ille MCCCXX. die Veneris XX. Decembris à Ioanne Vigesimo secundo Presbyter Cardinalis Sanctæ Pudentianæ Tituli Pastoris ex Archiepiscopo Aquensi dictus fuit, tum Prænestinum ad Episcopatum assumptus. Vghellus eundem crediderat ac Petrum Aureoli, sed mox agnouit diuersum, nec enim Petrus ille Aureoli Cardinalis vumquam fuit, vti probat Contelorus. Petrus de Prato S. R. E. Vicecancellarius fuit, Auenioni ædes habuit, quas in Ecclesiam Sancti Petri

Chenu.
Contelor.

Verus liber
priuil. Auen.
in Archiuo
Aquen.

Gisco.
Contelor.

Acta Bened.
XII. anno
Pontif.

Ital. Sac.

in Elencho.

lib. Archiep.
Auen.

not. P. Odo-
nis Tolofz
collat exem-
plar.
quat. 4. diuer.
form. n. 241.

quat. 5. n. 243
& 240. & 24.

Ciacon.

quat. 2. de
Indult.

Ciacon.

conuerti testamenti tabulis cauit, in his, quas Ta-
layrandus Cardinalis Episcopus Albanensis die
XXV. Octobris anno MCCCLX. Auenioni condidit,
*deprecatur Reuerendissimos Patres, & charissimos Do-
minos, & amicos suos Dominos Petrum Praenestinum,
Hispanum, Magalonensem, & de Caramaño Cardina-
les, ut dignentur intendere, & facere quod dicta vlti-
ma voluntas sua plenum consequatur effectum.* & In-
nocentius Sextus anno Pontificatus VI. elargitur
Petro de Prato Episcopo Praenestino *licentiam eri-
gendi Ecclesiam Collegiatam Sancti Petri Auenionensis,
ac in ea vnum Collegium, & alia certa creandi, &c.,*
tum confirmat. Erexit autem suprascriptam Col-
legiatam, exstatque Bulla data anno MCCCLVIII.
in antiquis monumentis Tabularij Pontificij Aue-
nioni superest mentio Petri Episcopi Praenestini
annis MCCCXXXVI., MCCCXLII., MCCCLII. &
MCCCLXI., quo ex Epidemia demortuus est Aue-
nioni mense Maio redux e Legatione, quam obie-
rat ad Reges Francorum, & Angliæ pacandos mis-
sus à Clemente Sexto, sed irrito conatu. Ray-
mundus de Canilhaco ei successit in Episcopatu
Praenestino, quem ab Innocentio Sexto anno Pon-
tificatus IX. Christi MCCCLXII. Episcopum Prae-
nestinum nuncupatum reperi, eius Hospitium
Auenioni, cum sedes illic esset Apostolica, in
Parochia Sanctæ Mariæ Magdalenes fuisse notatur
in Tabulis illius Archiepiscopatus, eo in loco, vbi
sunt aedes meæ paternæ, in quibus natus sum, & puer
creui. Erat autem ille Raymundus Antisiodorensis
Decretorum Doctor, Canonicus Regularis Ordi-
nis Sancti Augustini, Coenobiarcha, siue Abbas
Conchensis Diocesis Ruthenensis, non Episcopus
Atrebatensis, neque Sancti Flori, sed Archiepi-
scopus

scopus Tolosanus, anno MCCCL. die XVII. Decembris à Clemente Sexto Presbyter Tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem Cardinalis renuntiatus, scripsit Recollectorum librum, & Septimiano Narbonensi Archiepiscopo inscripsit, ab Innocentio VI. dictus fuit Episcopus Prænestinus anno pontif. IX. Christi MCCCLXII. Gregorius XI. anno VII. Pontif. Raymundi Episcopi Prænestini meminit Auenioni cōmorantis, & auctōr libri Cereemonialis S. R. E. sub Martino V. obiit is die XX. Iunij an. MCCCLXXIII. Auenioni sepultus in Basilica Minorum. Raymundo suffecit Gregorius Vndecimus Simonem de Langham Anglum Monachum Ordinis Sancti Benedicti, qui fuerat Cœnobij VWestmonasteriensis Prior, tum Abbas, inde Londinensis Episcopus, mox Eliensis, & Thesaurarij, atque Cancellarij munij functus, & ad Archiepiscopatum Cantuariensem prouectus anno MCCCLXVI., post biennium die XXII. Septembris ab Urbano Quinto apud Montemflaconem Presbyter Tituli Sanctæ Praxedis ordinatus Cardinalis, ac dimisso Archiepiscopatu properarat ad Pontificem; Gregorius (inquam) Vndecimus illum Prænestinum Episcopum, & Legatum in Angliam declarauit. Sed Simon morte præuentus est Auenioni XXII. Iulij anno MCCC. LXXVI. sepultusque in Ecclesia Cartusianorum Bonipassus, quam de nouo construi curarat, vbi Cenotaphium adhuc visitur cum Epitaphio, inde lapsō triennio translatus fuit, conditusque VWestmonasterij, vbi legitur, & aliud Epitaphium metricum, quod ab Vghello laudatissimo refertur. Ioannes de Croso natus in Pago Calmaforti Lemouicensis Diœcesis à Gregorio Vndecimo, quem tertio gradu consanguinitatis attingebat, e professore Iu-

Chenu.
Frizon.
Nomenclat.
Catel hist.
du Langued.

quat. i. litter.
de Curia.

Lotius Fer-
reol. in Chr.
Belg.

Ciacon.
Contelot.
Nomenclat.
Epitaph.

ris Pontificij, eque Lemouicensi Episcopo die VIII. Iunij post Pentecosten anno MCCCLXXI. Presbyter Sanctorum Nerei, & Achillei Tituli Fasciolæ Cardinalis, maiorque Pœnitentiarius, dein anno MCCCLXXVI. Prænestinus Episcopus renuntiatus fuit, cum Urbani Sexti electioni anno MCCCLXX. VIII. die VIII. Aprilis interfuisset Romæ, tum eo deserto secedens Anagniam, vt ex eius, aliorumque Cardinalium epistola ibi data XX. Iulij constat, mox Fundos adiit, & Clementem Septimum Antipapam intrusit die XX. Septembris, ab eoque Legatus est ad Carolum Quintum Francorum Regem, vt Urbanum Sextum, vi ac metu, ideoque vitio, Petri Cathedræ incubantem, at ipsum Clementem ritè persuaderet electum, quod perfecit, demum obiit Auenioni, vbi Clementem sequutus erat, in illius Obedientia die XXII. Nouemb. an. MCCCLXXXIII. iacetque tumulatus in Cathedrale cum Epitaphio, quod aeneæ laminæ inscriptum exseripserunt, & publicarunt Nomenclator, Chenu, Ciaconius, & Vghellus. Urbanus autem Sextus suffecit isti Ioanni demortuo in Episcopatu Prænestino affinem suum Franciscum Prægnanum, seu Moricottum de Vico Pisis ortum, & Pisanum Archiepiscopum Presbyterum Tituli Sancti Eusebij Cardinalem anno MCCCLXXVIII. delectum, & Vicecancellarium, qui Campaniæ, Maritimæque Rector, & Urbani Sexti assiduus comes anno MCCCLXXXIX. adfuit Comitij Bonifacij Noni, tum Assisij decessit è vita die VI. Februarij anno MCCCXCIV. eius corpus Pisas delatum in Metropolitanæ sacrario requiescit, ædes eiusdem Pisis supererant. Antonius Caietanus Romanus Aquileiensis Patriarcha Romæ à Bonifacio Nono die XXVII. Februarij anno MCCCCH.

Ciaccon.

CCCCII. Presbyter Tituli Sanctæ Cæcilie Cardinalis dictus Innocentij Septimi electioni Romæ interfuit anno MCCCCIV. tum Prænestinus Episcopus designatus anno MCCCCVI. elegit Gregorium XII. à quo facultatem obtinuit corrigendi, & reformandi minores Urbis Pœnitentarios, Gregorio relicto Pisas profectus Concilio, & Alexandri Quinti Comitij adfuit, quamobrem Gregorius illum Cardinalatu, & Episcopatu abire iusserat, & priuarat Bulla data Arimini die XIX. Ianuarij MCCCCIX., quam Pisani Patres irritam pronuntiarunt, scripsit Carolo de Malatestis pro Ecclesie vnione, Fesulanus Episcopatus ipsi fuit commendatus administratione attributa. Prænestinum reliquit, eoque cessit Guidoni de Malosicco Cardinali Transalpino, & ex Obedientia Benedicti Decimertij, translatus ad Episcopatum Portuensem, & Romæ defunctus hic Antonius die XI. Ianuarij anno MCCCCXII. situs est in Sancti Petri Templo, & in sacello Bonifacij Octauo gentilis sui, siue in Sanctæ Mariæ ad Mineruam cum Epitaphio, quod intexuit operi suo Ciaconius. Ex aduerso in Obedientia Clementis Septimi, & Benedicti Decimertij Antipaparam floruit superscriptus Guido de Malosicco nepos è sorore Gregorij XI. natusque in Tutelense Diocese, vbi posita sunt Malosiccum, & Castrum Lutij Oppida, quorum ditio ad illustrem eius familiam pertinebat, vir doctissimus, Episcopus Lodouensis, inde Picta- uensis anno MCCCLXXV. die vigesimo Decembris ab auunculo Gregorio XI. Presbyter Tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem Cardinalis adscitus Clementem Septimum superinduxit Urbano Sexto, & prosequutus est Auenionem, vbi palatium inha-

Contelor.
Ciacon.

sess. 19.

Plantavit.
Frizon.
Carel lib. 5.
hist de Lang

inhabitauit intrà fines Parochiæ Sancti Agricoli, quod Pictauēsis Cardinalis Librata vulgò nuncupabatur, illud emit Iulius Secundus, in eoque Collegij à se instituti, & de Ruere cognominati alumnos collocauit, à Clemente Septimo Antipapa in locum Ioannis de Croso anno MCCCLXXXIII. Prænestinus Episcopus subrogatus ad annū MCCCCXI. præfuit illi Ecclesiæ per annos scilicet XXVIII. eam gubernans, cū præsertim illam Antonius Caietanus ipsi remisisset in Pisano Concilio, vbi & Guido deserto Benedicto Decimotertio, quē insuper intruferat, exceptus vti verus Cardinalis Alexandrum Quintum promouit ad Summum Pontificatum, ab eoque confirmatus Episcopus Prænestinus ad annum MCCCCXI. vixit VIII. Idus Martij fato functus, nam eius obitus nuntiatus fuit die IV. Aprilis illo anno Ioanni Vigesimo tertio, quem idem Guido elegerat anno MCCCCX. Bononiæ, nominatur inter exequutores testamenti Cardinalis Anglici anno MCCCLXXXVIII. Indictione XI. die XI. Aprilis, fuit Clementis Septimi Antipapæ Nuntius, & Vicarius cum potestate Legati de Latere, vti Bellemera testatur, & ad Richardum Angliæ Regem Legatus, quo munere functus est, & in Gallijs Ioannis Vigesimo tertij mandato, Parisijsque occubuit, & in fratrum Dominicanorum depositus iacet, Epitaphium prolixum auctores iam allati retulerunt. Sunt qui Hugonem de Montelegum, seu Montrelaix ex Armorica vulgò Britannia minore Canonicum, & Cantorem Nannetensem, ac Episcopum postea Briocensem, & Trecorensē à Gregorio Vndecimo Presbyterum Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Cardinalem dictum anno MCCCLXXV. die XX. Nouembris, Prænestinum Epi-

Necrolog.
Cælestin.
Auenion.

Contelor.

Odo la Mo-
the e Cartu-
lari m. f.

conf. r.

Ciacon.

Ciacon.
Frizon.
Argentè hist.
Britann.

Episcopum à Clemente Septimo Antipapa, cui adhærebat, delectum putant, sed ille obiit Episcopus Sabinus Auenioni anno MCCCLXXXIV. die vltima Februarij, vti Contelorus euincit.

*De Prænestinis Episcopis ad annum
MD.*

CAPVT XV.



ANNO MCCCCXIII. circiter, seu potius MCCCCXI. Ioannes Vigesimaltertius, Angelum de Anna de Summa Ripa Neapolitanum Monachum Camaldulensem ab Urbano Sexto Diaconum Sanctæ Lucie in Septem Solijs Cardinalem non anno MCCCLXXXIV. sed post annum MCVCLXXXV. promotum, dein à Bonifacio Nono, cuius Comitij interfuerat Presbyterum Sanctæ Pudentianæ ad Titulum Pastoris prouectum, cum Nuntius Sedis Apostolicæ in Regno Siciliae ad discordias cum Rege sedandas ob non exhibitas Ecclesie triremes, & non solum vectigal, transgisset cum ipso Rege, tum Innocentium Septimum, mox Gregorium Duodecimum ad Cathedralam Petri suis suffragijs euexisset à Gregorio priuatus die XIX. Ianuarij anno MCCCCXIX. siue Cardinalatu exutus, quia illum deseruerat, Pisasque secesserat ad Concilium, quod irritam priuationem declarauit) Pisis nihilominus Alexandro Quinto, deinde Ioanni Vigesimaltertio suum calculum præbuit.

Ciacon.

Contelorus.

scff. 19.

Contelor.
Vir. Martini
V. Pape.Nicol. Egid.
Chron. Præc.
in Carol. VII

buiſſet ; Ioannes (inquam) Vigefimufertius ipſum Angelum auxit Epifcopatu Præneſtino , quem Angelus adminiſtrauit , & ſub Martino Quinto , cui eligendo etiam nauauit operam in Concilio Conſtantiendi , ſicut & Eugenio Quarto , ſub quo Romæ die XII. ſeu XXI. Iulij anno MCCCCXXVIII. deceſſit longæuus , cum annos plusquam XL. in Cardinalatu vixiſſet , ſacrique Collegij Decanus , ſeu Princeps eſſet , ſicut in Epitaphio legitur , in quo de Laude cognominatur , quod Epifcopus Laudendiis fuerit , imò quod eius familia è Laude originem ſuam repe- teret , corpus translatum Neapolim in Sanctæ Mariæ de Porta Noua quieſcit pulcherrimo conditum ſepulchro cum metrico Epitaphio , vitam Angeli ad menſem Aprilem , & ad annum MCCCCXXXI. protrahit Ciaconius . Eo quidem anno II. Idus Maij Eugenius Quartus ſubſtituit Angelo in Epifcopatu Præneſtino Hugonem Luſignanum Presbyterum Cardinalem Tituli Sancti Clementis Cypriũ fratrem germanum Iani Regis Cypri electum Archiepiſcopum Nicoſienſem , quem Martinus Quintus anno MCCCCXXVI. die Veneris XXIV. Maij Diaconum Sancti Hadriani Cardinalem creauerat , & publicarat die XXV. Erat ille filius Iacobi Regis Cypri , & Ioles de Breſny filix Philippi , vt in exaratis calamo Genealogijs ſcribitur , hoc quoque anno MCCCCXXXI. Legationem obijt in Campania , & Maritima ; cumque Tuſculanam optaſſet ſedem anno MCCCCXXXVI. die V. Iulij , & Legatus fuiſſet ab eodem Eugenio ad pacem inter Reges Francorum , & Angliæ , Ducemque Burgundiæ componendam Cardinalis Presbyter Tituli Sanctæ Crucis Nicolaus Albergatus Cartuſianus vitæ ſanctimonia inſignis , ab Antipapa Felice Quinto ,

to ,

to, siue Amedeo Duce Sabaudia, atque à Conci-
 liabulo Basileensi hic Hugo Cardinalis Cyprius
 fuit allegatus, conueneruntque Atrebatum, & do-
 nec pax icta fuit, ibi commorati sunt, dereliquerat
 enim Eugenium Hugo, ac Basileensibus inhærebat;
 anno MCCCCXXXVII. die XXV. Februarij Ripalia
 peregit foedus nuptiarum solenne inter Ioannem
 Regem Cypri fratris filium, & Amedeam Palæo-
 logam filiam Ioannis Iacobi Marchionis Montisfer-
 rati; Eius Hugonis opera Anna Lusignana Ludo-
 uico Duci Sabaudia Felicis Antipapæ filio nupsit,
 quo tempore Rex Ianus eius frater à Saracenis Ae-
 gyptijs captiuus detinebatur, Hugo, qui Cerinas
 profugerat, Regno præfectus fuit, multosque faci-
 norosos plecti iussit, & proclamationibus ipsius ex-
 citi ciues Nicosiam rediere, demum in Sabaudia,
 cum Eugenius illi dignitatem Cardinalitiam, &
 Episcopatum Prænestinum abrogasset ann. MCCCC.
 XLII. occubuit, eiusque mors Romæ die XXIV. Au-
 gusti nuntiata fuit; in Archiepiscopatu Nicosiensi
 successorem habuit Iacobum Lusignanum nothum
 Regium, at in Episcopo Prænestina pridie Nonas
 Maias anno MCCCCXLIII. Eugenio Quarto pro-
 uehente, Ioannem Vrsina è gente natum, ac è Co-
 mitibus Taleacotij, quod est oppidum Aprutij è
 ruinis veterum oppidorum Marsorum excitatum,
 teste Volaterrano, propè Lacum Fucinum, cu-
 iusque Comes erat Raynaldus Vrsinus ad annum
 MCCCLXXXVI. spectare ad Columnenses docet
 Inscriptio incisa portæ Marini *Fabritio Taleacotij,*
Marsorumque Duci ab anno MXDII. complurium
Regum in exercitu Legato, Neapolitani Regni Co-
mestabili strenuissimo Imperatori Oppidum eiusdem
sedem Philippus Dux octauus Comestabilis abauo suo
 I i belli.

Mar. histor.
 circa annum
 1435.

Titul. Reg.
 Sabaudia.

Ciaccon.

Eug. IV. Re-
 gest.

l. 7. Vrbani.
 Comment.

S Antonin.
 to. 3. Chron.
 tit. 22. cap. 2.
 §. 12.

bellicæ virtutis monumentum, hic Ioannes Vrsinus anno MCCCCXXXIX. die XV. Kalendas Ianuarij Florentiæ in Concilio Generali ab Eugenio Quarto ex Archiepiscopo Tarentino in publico Confessorio Presbyter Cardinalis Sanctorum Nerei, & Achillei Tituli Fasciolæ promotus, dum Nuntius in Germaniam profectus esset, vt gentes illas neutrales, seu neutrum Pontificem sectantes, Amedei schismate vigente, ad Eugenij Obedientiam cultumque reduceret, rem feliciter gessit; missus fuit & Nuntius ad Synodum Basileæ congregatam, vbi doctè perorauit, mox Legatus ad Regnum Neapolitanum pro pace inter Alphonsum Aragonum Regem, & Andegauensem Comitem conciliandam munere suo fundus est industriè, vir diligentia præstans excelluit & auctoritate, Sacri Collegij Decanus præfuit Comitij Nicolai Quinti anno MCCCCXLVII. Fuit & maior Pœnitentiarius, obiit Romæ die XII. Kal. Februarij anno MCCCCXLIX., sepultusque fuit in Ecclesia Fratrum Ordinis Sancti Augustini, cuius erat Protector, cum Epitaphio Metrico, in quo Cardinis Heros Prænestinus nuncupatur. Georgius de Flisco è Comitibus Lauaniæ Archiepiscopus Genuensis è Presbytero Cardinale Tituli Sanctæ Anastasiæ sub Nicolao Quinto III. Non. Maij anno MCCCCXLIX. Prænestinum adeptus est Præsulatum vnde peruenit ad Ostiensem, anno MCCCCCLIII. die XXVIII. Aprilis. Obijt Romæ VIII. Idus Octobris anno MCCCCCLXI., delatum fuit corpus eius Genuam, & nobili clausum sepulcro in Metropolitana fuit cum Epitaphio; indeque Pius Secundus ad Pontificalem gloriam euectus Ioannem de Turrecremata Hispanum Ordinis Prædicatorum, sacrique Palatij Magistrum Presby-

Ciacon.
Pio III. & Ga.
Simberto.

Ioa. Iuuenis
de var. fort.
Tarent.
Ciacon.

Presbyterum Cardinalem Tituli Sancti Sixti renun-
 tiatum ab Eugenio Quarto anno MCCCCXXXIX.
 Prænestinæ Ecclesiæ Episcopum die postrema Apri-
 lis anno MCCCCLV. declaravit, illinc transiit ad
 Sabinensem Episcopum Ioannes, qui Prænestinus
 Cardinalis, & excellens Theologus, senioque dici-
 tur confectus in Commentarijs Pij Secundi; in Con-
 cilio Florentino Fidei defensor nuncupatus ob pie-
 tatem, & doctrinam, in Ecclesia Sanctæ Mariæ su-
 pra Mineruam Romæ dotes nubilibus puellis attri-
 bui ad eas collocandas à Societate Sanctæ Mariæ
 Annuntiatae instituit, ibique octogenarius decessit
 anno MCCCCLXVIII. die XXVI. Septembris, & in
 Sacello, sepulcroque à se constructis iacet cum Epi-
 taphio. Tum Pius Secundus Episcopatum Præne-
 stinum Alexio de Cæsaris Senensi Archiepiscopo
 Beneventano commendavit, qui Senis decessit an-
 no MCCCCLXIV. & apud Sancti Francisci ædem
 conditus est. Anno MCCCCLXXI. Philippum Ca-
 landrinum de Sarzana, seu Sergiensem Lunensis
 Diœcesis, Episcopum Bononiensem fratrem vteri-
 num Nicolai Quinti, qui eum anno MCCCCXLVIII.
 Cardinalatu decorarat, è Presbytero Tituli Sanctæ
 Susannæ, tum Sancti Laurentij in Damaso delectum
 Prænestinum Antistitem anno MCCCCLXIV. à Pau-
 lo Secundo comperi apud Ciaconium in Electione
 Sixti Quarti, sed & maior Pœnitentiarius fuit, &
 Legatus Piceni, attamen migrasse illum ad Eccle-
 siam Portuensem, translatumque anno MCCCC.
 LXX. Vghellus prodit, è vita vero, anno MCCCC.
 LXXVI. die IX. Kalendas Augusti Bagnariæ non
 procul Viterbio, sepultumque Romæ in Sancti Lau-
 rentij in Lucina, cum annos vixisset LXXIII. Epita-
 phium comprobatur, Subijt Episcopatus Prænestini

Ciacon.

Lib. 8.

Ciacon.

Regis.

Ii 2

onus

Ciacon.

in Commēt.
de var. fort.
Card.

Ciacon.

Ciacon.

onus imponente Sixto Quarto Angelus Capranica Romanus frater Dominici Cardinalis, Archiepiscopus Sipontinus, Episcopus Afculanus, mox Reatinus, vir castimonia morum, & innocentia vitæ clarus anno MCCCCLX. die III. Nonas Martij Romæ à pio Secundo Purpura exornatus Cardinalitia, & presbyteratu, ac Titulo Sanctæ Crucis in Hierusalem cohonestatus, Bononiæ Legatus, & ad omnes Italiæ principes, Verbi Diuini concionator eximius, ad quem exstant Cardinalis papiensis epistolæ, & quem Pius Secundus, Garimbertus, alijque scriptores celebrant, euolauit in cœlum anno MCCCC. LXXVIII. die V. Non. Iulij, inque Claustro Sanctæ Mariæ supra Mineruam marmoreo fratris Cardinalis illatus est tumulo cum Elogio. Excepit illum Marcus Barbus Venetus patruelis pauli Secundi, à quo Romæ die XIV. Kalendas Octobris anno M. CCCCLXIV. Cardinalis presbyter Tituli Sancti Marci ex Episcopo Vicentino designatus suprascripto anno MCCCCLXXVIII. fuit Aquileiensis patriarcha, & Legatus in Germaniam, Hungariam, & poloniam Græcè, Latineque doctissimus, & libris scriptis clarus, Innocentium Octauum Elegit anno MCCCCLXXXIV. demum anno MXDI. die VI. Non. Martij animam exhalauit, inque Titulo suo tumultatus est. Constat autem Ioannem Balve Gallum Virdunensem Ordinis Sancti Benedicti Monachum, Beccensem Abbatem, Episcopum Ebroicensem, dein Andegauensem, à paulo Secundo presbyterum Tituli Sanctæ Susannæ Cardinalem anno etiam MCCCCLXIV. cooptatum, hinc Albanensem Episcopum, tum ad prænestinas insulas euocatum die VI. Non. Martij præscripta. Floruit ille flagrantissima Ludouici Vndecimi Francorum Regis

anno

c. 11

Regis

Regis gratia, cui à Secretis, & Confessionibus erat, tum incidit in eius odium, & addictus carceri, caueæque ferreæ, atque vix dimissus medicorum arte, seu precibus Iuliani de Ruuere Cardinalis in Gallias Legati, & liberatus Romam venit, vnde Legatus in picenum à Sixto Quarto, præfatisq; auctus Episcopatibus Albano, deinde prænestino septuagenarius Octobre mense diem extremum clausit illomet anno MCDI. Romamque deportatus è piceno situs in Ecclesia Sanctæ praxedis sepulcrum, & Epitaphium habet. Ioannes Michaelius Venetus à paulo quoque Secundo, cuius fororis filius erat, ex Episcopo patauino, ac Veronense anno MCCC. LXVIII. die XI. Kalendas Decembris Cardinalatu insignitus, & Diaconijs Sanctæ Lucie in Septem Solijs, siue Septifolio, tum Sancti Angeli, à Sixto Quarto presbyter Tituli Sancti Marcelli, ab Innocentio Octauo prænestinus Episcopus ordinatus die X. Octobris MXDI. fuit, cum priùs die XIII. Martij eo anno Albanensis extitisset, vixit vsque ad X. Aprilis anni MDIII., & cum portuensem, & Constantinopolitanam Sedes insuper conscendisset, Sextumque Alexandrum elegisset, obiit, inque Sancti Marcelli Romæ requiescit. Hieronymus Bassus de Ruuere natus Albizolæ in Diocese Saouenense Sixti Quarti fororis filius, siue amitinus, Episcopus Recinetensis anno MCCCCLXXVIII. ab eodem Sixto presbyter Cardinalis Tituli Sanctæ Balbinæ, postea Sancti Chrysogoni, tum Sanctæ Cæcilie, demum ab Alexandro Sexto, cuius Electioni adfuerat, Episcopus prænestinus anno M. XDII. die XXXI. Augusti declaratus est; Elegit etiam pium Tertium, & Iulium Secundum, à quo ad Ecclesiam Sabinensem anno MDIII. die XXIX.

No-

Nouembris euectus Romæ obiit anno MDVII. Kalendaris Septembris, & in Sanctæ Mariæ de populo reconditus fuit marmoreo Sarcophago, quem illi Iulius Secundus excitauit, cuique incisum Epitaphium inferit Vghellus. Impleuit Hieronymi locum Laurentius Cybus Genuensis ab Innocentio Octauo, cuius è fratre nepos erat, anno MCCCC. LXXXIX. Cardinalis assumptus presbyter Tituli Sancti Marci, qui Beneuentanum Archiepiscopatum rexit, & Ecclesiæ Albanensi, deinde prænestinæ Præfectus anno ipso MDIII. die XXIX. Nouembris non diu superuixit, nam die XXII. Decembris migravit è vita, inque superscripta Basilica, Beatæ Mariæ de populo visere licet eius tumulum cum Epitaphio, apud Vbertum verò Foliettam, & Garimbertum laudes, quibus egregiè commendatur, quas hic intexere superuacaneum duxi.

*De Prænestinis Episcopis ad annum
MDCLV.*

C A P V T X V I.



CONFESTIM, eo die scilicet, eo-
que anno prænestinum Episcopa-
tum regendum suscepit Iulio Se-
cundo demandante Antoniotus
pallauicinus Genuensis, qui ex
Episcopo Abintimillense ab In-
nocentio Octauo ad Cardinala-
tum, & Titulum Sanctæ praxedis accitus, dein ab
ipso Iulio secundo ad Tusculanum Episcopatum an-

no

no illo MDIII. plurimis ille inclaruerat Legationibus, & viuens sibi posuerat anno MDI. apud Sancti petri tumulum, ac Epitaphium, ibique decessens anno MDVII. die X. Septembris illatus iacebat, sed cum Basilica Sancti petri renouaretur augustiorem in formam, vetusque disturbaretur ædificium, illius ossa eruta, & in Sanctæ Mariæ de Populo translata, & cum ossibus Ioannis Baptistæ fratris filij, atque Cardinalis inhumata sunt addito nouo Epitaphio anno MDXCVI. Ioannes Antonius de Sancto Georgio placentinus presbyter Tituli Sanctorum Nerei, & Achillei Cardinalis ab Alexandro Sexto denunciatus è præposito Mediolanensi, Rotæ Auditore, ac Episcopo Alexandrino gradum fecit ad Episcopatum Albanensem, tum ad Tusculanum anno MDIII. hinc ad prænestinum, demum ad Sabinensem anno MDVII., quem moderatus obiit Romæ anno MDIX. die XIV. Martij, & in Sancti Celsi depositus quiescit cum Epitaphio. Omiserat in Catalogo prænestinorum Episcoporum Vghellus, Bernardinum, Caruajal, placeutinum, Hispanum ex Episcopo Carthaginense anno M. XDIX. Cardinalem presbyterum Tituli Sanctorum petri, & Marcellini, tum Sanctæ Crucis in Hierusalem ab Alexandro Sexto dictum, incrementum pifani Conciliabuli, & ideo exutum Purpura Cardinalitia à Iulio Secundo, sed à Leone Decimo rursus indutum, & assequutum Episcopatus Albanensem, Tusculanum, tum prænestinum, ac Sabinensem, denique Ostiensem anno MDXXI. cum tamen ipse Vghellus in Albanensium, Tusculanorum, & Sabinensium indicibus illum prænestinum fuisse affirmasset, sed & per schedam admonuit me Bernardinum istum anno MDVII. optasse prænestinum Episcopo-

scopatum, cum Cardinalis Sancti Georgij ad Sabinensem migrasset, cumque is obiisset anno MDIX. (vti superius obseruau) Sabinensem obtinuisse, eodemque anno Guillelmus Briffonetus Gallus, qui Episcopus Nemaufensis, & Maclouienfis, tum Archiepiscopus Remensis, & Narbonensis fuit, in gratiam Caroli Octau Regis Francorum, cuius à Consilijs, & in delicijs erat, ab Alexandro Sexto presbyter Cardinalis Sanctæ pudentianæ Tituli pastoris designatus, hinc Albanensis Episcopus, & Tusculanus, anno (inquam) MDIX. denique prænestinus euasit, vitamque Narbone conclusit mense Ianuario anno MDXIV. Iste quoque fuit pars magna pisani Conciliabuli Maximiliano primo Imperatore, ac Ludouico XII. Rege Francorum, fauentibus, quamobrem à Iulio Secundo dicta ei dies fuit, vt Romæ sesisteret, contumaxque Cardinalitia dignitate, atque alijs honoribus sacris spoliatus est, verum à successore Iulij Secundi Leone Decimo reuocatus, & resipiscens eiurato schismate, ad illam & ad omnia decora restitutus fuit. Superius obseruau Leonem Decimum cum Cardinales Caruajal, & Briffonetum recepisset in gratiam, & reconciliaffet, illis Reatinum, & Tiburtinum Episcopatus tamquam Cardinales resumptos adsignasse. Marcus Vigerius Sauonensis Ordinis Minorum Sancti Francisci ex Episcopo Senogalliense, Locumtenente Ioannis de Ruuere præfecti Urbis, Suffraganeo Archiepiscopatus Bononiensis, & arcis Sancti Angeli Præfecto Presbyter Cardinalis Sanctæ Mariæ Transtiberim Tituli Callisti declaratus anno MDV. mense Februario, subrogatus fuit Guillelmo Briffoneto in Episcopatu Prænestino anno MDXI. Legatus fuerat exercitus Pontificij aduersus

Al-

Alphonsum Ducem Ferrariæ, & Oppidū Mirandulæ, in grauiſſimis rebus, de quibus agebatur in Concilio Lateranenſi adhibitus Iulio II. fidam, & ſtrenuam nauauit operam, & Apologiam cōpoſuit contra Piſanum Conciliabulum, quæ remanſit imperfecta, & Decachordum, & de Ferro, ſeu cuspide Lanceæ, Veſtibusque Chriſti Domini librum conſcripſit; vitam cum morte commutauit Romæ die XVIII. Iunij ſeu XV. Kal. Iulij anno MDXVI. & in S. Mariæ Tranſtyberim Titulo ſepultus, quem ſtructuris, hortuliſque decorarat, iacet. Ioannes Serra Hiſpanus Archiepiſcopus Arboreniſis ex Urbis Governatore ab Alexandro Sexto in Senatum Cardinalium adlectus anno MD., & Titulo Sancti Stephani in Monte Cœlio, deinde Sancti Clementis ſub Leone Decimo præpoſitus & Albanenſis, & Præneſtinæ Eccleſijs, Umbriæ, Picenique Legationibus, Segobiienſi, & Calaguritano Episcopatibus cumulatus, eſſe deſijt in viuis die XV. Martij anno MDXVII. inque Sancti Iacobi cum Epitaphio ſitus eſt. Franciſcus Soderinus Florentinus è Volaterrano Episcopo ab Alexandro etiam Sexto anno MDIII. pridie Kalend. Iunij Presbyter Cardinalis Tituli Sanctę Suſannę renuntiatuſ, tum Baſilicę Sanctorum Duodecim Apoſtolorum, non tantum Episcopus Nannetenſis, Cortonenſis, & Vicentinuſ, quin etiam Sabinenſis in locum derurbati Caruajal, tum Albanenſis anno MDXV., Præneſtinuſ anno MDXVII. mense Martio, Portuenſis MDXXIII. die XIV. Decembris, & Offienſis ſub Clemente Septimo deceſſit anno M. DXXIV. die XVII. Iulij, breuique cum Epitaphio in Sanctę Marię de Populo ſitus eſt. Aſſumptuſ eiꝰ in locum Præneſtinuſ Episcopus die XVI. Octobris eo anno Alexander Farnęſiuſ Romanuſ ele-

Cus Diaconus Sancti Eustachij Cardinalis ab Alexandro Sexto, Tusculanus Episcopus anno MDXIX. Sabinensis anno MDXXIII. die XIV. Decembris, Portuensis anno MDXXIV. die XVIII. Maij, at XV. Iunij anno MDXXV. Ostiensis, qui cum pertigerit apicem Pontificatus die VII. Idus Octobris anno MDXXXIV. Paulique Tertij nomen mutuatus Ecclesiam diutiùs gubernarit, notior est quam ut nostris indigeat præconijs, sedit annos quindecim dies XXIX. obdormijt anno MDXLIX. die IV. Idus Nouembris, & in Vaticano tumultus fuit. Antonius Maria de Monte Sancti Sabini ex Archiepiscopo Sipontino Auditor Camerae Apostolicæ, & Rotæ, à Iulio Secundo Cardinalis anno MDXI. die XXX. Maij designatus, Episcopus Papiensis, tum Nouariensis, Umbriæ Legatus, & in Vrbe iterum, Concilij Lateranensis indicendi auctor Iulio Secundo, Tusculanæ Sedi præfuit anno MDXXIII. die XIV. Decembris, Prænestinæ die XVI., Sabinensi anno MDXXIV. die XVIII. Maij, demùm Portuensi die XV. Iunij, Romæ sublatus è viuis fuit anno MDXXXIII. die XII. Kalendas Octobris, sepultus est apud Sanctum Petrum in Monte aureo cum Epitaphio, quod illi posuit Iulius Tertius fratris filius. Petrus Accolitus Florentinus ex Aretio Auditor Rotæ, Anconitanus Episcopus à Iulio quoque Secundo Cardinalis Presbyter Tituli Sancti Eusebij anno MDXI. adscitus, fuit & Episcopus Gaditanus in Hispania, Malleacensis, & Atrebatensis in Gallia, Cremonensis in Insubria, Rauennas in Aemylia Archiepiscopus, rursus Episcopus Albanensis anno MDXXIII. die XVI. Decembris, Prænestinus anno MDXXIV. die XVIII. Maij, Sabinensis die XV. Iunij, abiit è vita Romæ anno MDXXXII. mense

mense Decembri, humoque mandatus est apud
 Sanctam Mariam de Populo, etsi Rubeus illum,
 apud Sanctum Eusebium scribat fuisse situm. Mar-
 cus Cornelius Venetus cum Episcopatibus Pataui-
 no, & Veronensi fulsisset, atque Cardinalatu, an-
 no MDXXIV. die XVIII. Maij Albanensis Episco-
 pus, die XV. Iunij Prænestinus, obiit XIII. Kalend.
 Augusti eo anno, iacetque apud Sanctum Geor-
 gium maiorem. Laurentius Puccius Florentinus
 Cardinalis Tituli Sancti Laurentij in Damaso, &
 Episcopus Pistoriensis, hinc Albanensis anno illo
 MDXXIV. die XV. Iunij, Prænestinum obtinuit
 Episcopatum die XXIX. Iulij, & tenuit eius clauum
 ad annum MDXXXI., quo Romæ demortuus, se-
 pultusque fuit in Sanctæ Mariæ supra Mineruam,
 Ioannes Piccolomineus Senensis Presbyter Cardi-
 nalis Tituli Sanctæ Balbinæ adeptus Episcopatum
 Albanensem anno MDXXIV. die XXIX. Iulij, Præ-
 nestinum consequutus est die XXI. Septemb. anno
 MDXXXI. at MDXXXIII. die XXVI. Aug. obuenit
 illi Portuensis Episcopatus, denique Ostiensis an-
 no MDXXXV. die XXVI. Februarij, vita functus est
 Senis anno MDXXXVII. & situs in Metropolitana,
 cuius Archiepiscopus erat. Andreas de Valle Ro-
 manus Cardinalis Presbyter Tituli Sanctæ Priscæ
 anno MDXXXIII. die XXI. Aprilis Episcopatu Al-
 banensi regendo admotus, tum Prænestinam susce-
 pit Ecclesiam, obiitque Romæ pridie Idus Augu-
 sti MDXXXIV. in Aracœli humatus cum Epitaphio.
 Bonifacius Ferrerius Vercellensis Presbyter San-
 ctorum Nerei, & Achillei Tituli Fasciola Cardina-
 lis à Leone Decimo dictus anno MDXII. ex Episco-
 po Eporediense, anno MDXXXIII. die XII. De-
 cembri Episcopus Albanensis, anno MDXXXIV.

die v. Septembris translatus fuit ad Prænestinam Sedem, anno MDXXXV. die XVI. Februarij ad Sabinensem, anno MDXXXVII. die XXIV. Septembris ad Portuensem, decessit anno MDXLIII. mense Ianuario, quiescit in Sanctæ Mariæ Maioris cum Epitaphio. Laurentius Campegius Bononiensis Episcopus, Presbyter Sanctæ Mariæ Transtiberim Tituli Callisti Cardinalis anno MDXXXIV. die v. Septembris Episcopus Albanensis, anno MDXXXV. die XXVI. Februarij Prænestinus, anno MDXXXVII. die XXVIII. Nouembris Sabinensis, migravit è vita die XVI. Augusti anno MDXXXIX. Antonius Sanfeuerinus Neapolitanus è Tarentino Archiepiscopo Cardinalis à Clemente Septimo delectus Presbyter Sanctæ Mariæ Transtiberim Tituli quoque Callisti, insignitus Episcopatu Prænestino die XXVIII. Nouembris MDXXXVII. transijt ad Sabinensem die IV. Augusti anno MDXXXIX. tum ad Portuensem, die VIII. Ianuarij anno MDXLIII. quo viuere desijt die XVII. Kalendas Septembris in Sanctissimæ Trinitatis ad Montem Pincium situs est. Ioannes Vincenzius Caraffa Neapolitanus itidem Archiepiscopus patriæ suæ, & Presbyter eiusdem Tituli Callisti à Clemente Septimo etiam cooptatus Cardinalis ascendit ad Episcopatum Prænestinum anno MDXXXIX. die IV. Augusti, ad quem anno MDXLI. die XIV. Nouembris Alexander Casarinus Romanus Diaconus Sanctæ Mariæ in Via Lata Cardinalis euocatus fuit ex Episcopio Albanensi, quod anno MDXLI. die XXI. Maij susceperat, obiit Romæ die XIII. Februarij anno MDXLII, tumulumque fortius est in Araceli, Episcopus Hieracensis etiam exstitit. At è Cornelia gente Venetus alter Franciscus ex Episcopo Brixense, ac Presbytero Tituli

toties

toties repetiti. Callisti Cardinale Albanus Episcopus anno MDXLI. die XIV. Nouembris, Prænestinus anno MDXLII. die XV. Februarij euasit, Viterbijque vita exutus Kalendis Octobris MDXLIII. Venetias deportatus fuit. Ioannes Maria de Monte Sancti Sabini Presbyter Tituli Sanctæ Prædix Car. dinalis Episcopatum Prænestinum indeptus anno MDXLIII. die V. Octobris hinc peruenit ad solium Pontificale, in quo Iulij Tertij nomen assumens anno MDL. die VI. Februarij sedit vsque ad diem V. Aprilis anno MDLV. quo cessit è vita, inque Vaticano sepultus fuit. Successorem in Episcopatu Prænestino sibi substituit Iulius Tertius Ludouicum Borbonium è Regio sanguine Gallum die XIV. Februarij anno MDL., qui Cardinalis Presbyter Tituli Sanctorum Siluestri, & Martini in Montibus anno MDXVII., deinde Sanctæ Sabinæ fuerat Episcopus Laudunensis, Lucionensis, Cenomanensis, Archiepiscopus Senonensis, hinc anno MD. LVII. die XIII. Martij excessit ex humanis, & in sancti Dionysij conditus fuit, quo anno Federicus Cæsius Romanus XX. septembris Prænestinus Episcopus proclamatus ex Episcopo Tudertino, atque Cremonense, ac Presbytero Tituli sancti Pancratij Cardinale, Pauli Tertij delectu, ad Episcopatum Tusculanum regressus anno MDLXII. die XVIII. Maij, inde ad Portuensem transfijt anno MDLXIV. die XII. Maij, in quo Episcopatu Romæ decessit anno MDLXV. die V. Kalendas Februarij, & in sacello Castorum apud sanctam Mariam Maiorem requiescit cum Epitaphio. Ioannes Moronus Mediolanensis Presbyter sancti Vitalis Tituli Vestinæ à Paulo Tertio dictus anno MDXLII. in Concilio Tridentino sanctæ sedis Apostolicæ Legatus, postea

San-

sanctæ Mariæ Transtiberim Tituli Callisti, & anno MDLX. die XIII. Martij Episcopus Albanensis, mensis eiusdem X. die anno MDLXI. Sabinensis, & die XVIII. Maij Prænestinus, die vero XIII. Martij anno MDLXIV. Tusculanus, & die VII. Februarij anno MDLXV. Portuensis, ad extremum Ostiensis, & Decanus sacri Collegij, Romæ excessit è vita anno MDLXXX. Kalendis Decembris sepultus in sanctæ Mariæ supra Mineruam cum Epitaphio, Episcopatibus insuper Mutinense, atque Nouariense potitus est. Istius præstantissimi Herois res gestas fusè descriptas asseruat eius gentilis eruditissimus, & humanissimus D. Carolus Moronus Basilicæ sancti Laurentij in Damaso Canonicus, & à Bibliotheca Eminentissimi Principis Francisci Cardinalis Barberini, iuvatque pro iure communis amicitiae sigillatim hoc Elogium in ipsius gratiam excerptum intexere. Filius fuit Ioannes Moronus Hieronymi, qui Ducatus Mediolanensis Cancellarius, & ab intimo consilio Caroli Quinti Imperatoris erat, adolescens Romæ, acerrimi specimen ingenij cum præberet, à Clemente septimo Protonotarius anno ætatis XVI. renuntiatus, vbi strenuam Florentina in obsidione (negotijs è voto Pontificis peractis) nauasset operam, Episcopus Mutinensis annum agens XIX., hinc Mediolanensis senator, at à Paulo Tertio in Germaniam ad Ferdinandum Romanorum Regem Nuntius missus, atque Ratisponam ad Carolum Quintum varijs Dietis interfuit, spirensi potissimum, & ad Cardinalitiam dignitatem meritum gradibus ascendit, ad Concilium inde Tridentinum Legatus, tum Bononiam, à Iulio Tertio præfectus Ecclesiæ Nouariensi, Legatusque ad Augustanam Dietam gnauiter defendit Catholicam

Reli-

Religionem, Marcelli secundi Comitij adfuit, & Pauli Quarti, sub quo calumniis appetitus, & carceri addictus, ex illo à Collegio Cardinalium liberatus, atque à Pio Quarto dictus innocens, & iterum Legatus ad Concilium Tridentinum, ei coronidem imposuit; post Pij eiusdem obitum dignus sancti Caroli Borromæi sententia iudicatus fuit, qui ad thronum Pontificium proueheretur, vti semper innocentibus gloriam aduersa pepererunt, prælatus tamen illi Pius Quintus adhibuit eum feliciter ineundo foederi aduersus Turcam, quod victoria celeberrima relata Naupacti à Christianis consecuta est, à Gregorio Decimotertio Genuam Legatus ad sedandos tumultus in Reipublicæ Christianæ perniciem erupturos, pacem composuit, denique ad Maximilianum Imperatorem, tutatus est Ecclesiam animosè, Protector Regnorum Hungariæ, Bohemiæ, Angliæ, & Hiberniæ, ac Ordinum Religiosorum sanctorum Benedicti, Bernardi, Dominici, Hieronymi, pluriumque Congregationum Præfectus, honoribus, & gloria cumulatus, meritisque insignibus erga Christianum Orbem memorabilis cum annum LXXII. attigisset euolauit in Cælum. Hactenus excurrere me coëgit amor, nunc seriem, quam sum exorsus, repeto. Christophorus Madrutius Tridentinus ex Episcopo suæ patriæ Presbyter Cardinalis Tituli Callisti sæpius scripti Episcopus Albanensis anno MDLXI. die XV. Aprilis, sabinensis die XVIII. Maij MDLXII. ad Prænestinam sedem retrocessit MDLXIV. anno, die XII. Maij, & Portuensem apprehendit die III. Iulij MDLXX. in qua sedens ereptus est ex humanis die V. Iulij MDLXXVIII., & apud sanctum Onuphrium sepulcro, ac Epitaphio cohonestatus. Otho Truchses Augustanus

nus in Germania ex Episcopo patriæ quoque suæ à Paulo Tertio Cardinalatu, & Titulo sanctæ Balbinæ donatus, eum cum Titulo sanctæ Sabinae, mox istum cum Callisti permutavit, Herbipolensis Ecclesiæ administrator, Imperii Protector, anno MD. LXX. die III. Iulij Prænestinum Episcopatum optavit, postquam Albanum anno MDLXII. die XVIII. Maii, & sabinensem anno MDLXX. die II. Aprilis obtinisset, & inhærens Prænestino decessit Romæ anno MDLXXIII. mense Aprili depositus in sanctæ Mariæ, ac Epitaphio decoratus. Iulius Roboreus, seu de Ruere Presbyter sancti Petri ad Vincula Tituli Eudoxiæ Cardinalis Episcopatum Albanensem emeruit anno MDLXX. die X. Februarii, sabinensem die III. Iulij, at Prænestinum anno MD. LXXIII. die XVII. Octobris, Romæque abiit è vita anno MDLXXVIII. rexit insuper Archiepiscopatum Rauennatem. Ioannes Antonius sorbellonus Mediolanensis ex Episcopo Fulginate à pio Quarto, cuius erat amitinus, Diaconus sancti Georgii ad Velum aureum Cardinalis declaratus, tum presbyter Tituli Callisti, hinc anno MDLXXXVIII. die IX. Iulij Episcopus Sabinensis, inde Prænestinus eo anno, & Tusculanus anno MDLXXXII. die IX. Martij, & Portuensis MDLXXXVII. anno die II. Decembris, denique Ostiensis anno MDLXXXIX. die XVI. Martij diem vltimum obiit Romæ XV. Kalendas Aprilis anno MDXCI., & in Sanctæ Mariæ Angelorum ad Thermas tumulum eius cum Epitaphio visere licet. Fuit & Nouariensis Episcopus. Ioannes Franciscus Gambara Brixienfis, Episcopus Viterbiensis, qua se dignitate abdicauit, & Cardinalis, ex eodem Titulo, Callisti nempe, ad Episcopatum Albanensem prouectus anno MDLXXX. die V.

Decem-

Decembris, ad Prænestinum anno MDLXXXIII. die IX. Martij peruenit, excessitque Romæ è vita anno MDLXXXVII. die III. Non. Maij, vnde relatus Viterbium ad Sanctam Mariam de Quercu repositus fuit absque vlllo Elogio in Sacello maiori subter gradus. Marcus Antonius Columna Romanus Presbyter Tituli Sancti Laurentij in Lucina Archiepiscopus Tarentinus, & Salernitanus Prænestinum etiam rexit Episcopatum anno MDLXXXVII. die IX. Maij sibi delatum, eumque reliquit anno MDXCVII. moriens Iulio Sanctorio Casertano Archiepiscopo Sanctæ Seuerinæ, & Presbytero Sanctæ Mariæ Transtiberim Tituli Callisti Cardinali dicto à Pio Quinto, Iulius autem illum Episcopatum inijt eo anno MDXCVII. die XVIII. Maij, Maiorque Pœnitentiarius, ac Summus Inquisitor Romæ defunctus anno MDCII. die VII. Idus Iunij iacet in Sacello, quod viuis ipse construxerat in Basilica Lateranensè cum Epitaphio. Sæculo exorienti Alexandrum Mediceum in Prænestini Episcopatus specula collocatum anno MDCII. die XVII. Iunij in locum Iulij Sanctorij exhibent Ecclesiæ illius Diptycha, & Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalium Fasti, quos inter hic Alexander Florentinus ciuis, & Archiepiscopus emicuit, ordinatus in Titulo Callisti Presbyter, hinc Albanensi præfectus Episcopatus anno MDC. die XXX. Augusti, sed è Prænestino transcendit ad verticem honorum, Romanum scilicet ad Thronum, Leoque Vndecimus appellatus est Kalendis April. anno MDCV. eo tamen frui diutiùs illi datum non est, abstulit enim ipsum propera mors XXVI. Pontificatus die, siue XXVI. Aprilis, cui successit in Episcopatu Prænestino per Optionem Augustinus Valerius Venetus ex Episcopo Veronen-

L I fe,

se, ac Presbytero Tituli Sancti Marci Cardinalis Kalendis Iunij anno MDCV. fato functus est anno MDCVI., quo, Iunij die v. capessere coepit Optatum Episcopatum Praenestinum Ascanius Columna Romanus Marci Antonij Columnæ Imperatoris exercituum inuicti, & Feliciæ Ursinæ filius, Abbas Sublacensis, & Hierosolymitani Ordinis Venetijs Prior, à Sixto Quinto promotus Cardinalis ad Titulum Sanctæ Crucis in Hierusalem, eruditissimus, & eruditorum amator, Archipresbyter Sancti Ioannis Lateranensis, Aragoniæque Prorex, Praenestinum verò Episcopatum non deseruit nisi cum vita anno MDCVIII. die XVI. Kalendas Iunij sepultus in Laterano propè Sarcophagum Martini Quinti. Antonius Maria Gallus Auximanus ciuis, Episcopus primùm Perusinus, deinde patriæ suæ, à Sixto Quinto electus Presbyter Cardinalis Tituli Sanctæ Praxedis, anno MDCV. Kalendis Iunij Episcopus Tusculanus, XXVIII. Martij anno MDCVIII. Praenestinum, anno MDCXI. die XVI. Augusti Portuensis, & anno MDCXV. die XVI. Septembris Ostiensis, Romæ mortalitatem expleuit anno MDCXX. die XXX. Martij sepultus in Sacratio ad Aram Coeli, Frater Gregorius Petrochinus, seu Petrocchinus à Montelpero, siue Montelparo in Piceno, Augustinianus è Generali Ordinis Presbyter Cardinalis Tituli Sancti Augustini à Sixto Quinto renuntiatus, deinde Tituli Sancti Laurentij in Lucina, Praenestinum Episcopatum inijt anno MDCXI. die XVII. Augusti, obiit MDCXII. die XIV. Kalendas Iulij conditus in Sacello Sanctæ Monicæ Romæ apud Sanctum Augustinum cum binis Elogijs. Franciscum de Gioiosa Gallum ex Archiepiscopo Narbonensi Presbyterum Tituli Sancti Petri ad Vincula.

Car-

Cardinalem à Gregorio Decimotertio designatum Prænestinum Episcopatum anno MDCXI. Mucantius Tom. VIII. Diariorum enuntiat, sed Vghellus præterit, inque Sabinensibus anno MDCIV. reponit, vnde Ostiensis euaserit anno MDCXI. die II. Augusti, obiit Auenioni die XXIII. Aug. MDCXV. sepultus est pontifær, fuit Tolosanus, & Rothomagensis etiam Archiepiscopus. Benedictus Iustinianus Chijnatus Genuensis Origine, Cameræ Apostolicæ Thesaurarius anno MDCLXXXV. die XV. Kalendas Ianuarij à Sixto Quinto Diaconus Cardinalis Sancti Georgij ad Velum Aureum renuntiatus, Bononiæ Legatus, ad Titulum Sanctæ priscæ prouectus presbyter, & ad Sancti Laurentij in Lucina, tum ad Episcopem prænestinam anno MDC. XII. die VI. Iunij, ad Sabinensem anno MDCXV. die XVI. Septembris, demum ad portuensem, in qua decessit die XXVII. Martij anno MDCXXI. tumulatusque in Sanctæ Mariæ supra Mineruam cum Epitaphio Resurrectionem mortuorum expectat. Franciscus Maria de Monte Sanctæ Mariæ natus Venetijs à Sixto Quinto Diaconus Sanctæ Mariæ in Domnica, tum presbyter Tituli Sanctorum Quirici, & Iulittæ, mox Sanctæ Mariæ in Aracoeli, ad extremum Sancti Laurentii in Lucina, anno MDCXV. die XX. Iulij prænestinus Episcopus, anno MDCXXI. die XXVII. Martij superscripta portuensis, at MDCXXIII. Ostiensis, anno Iubilei MDCXXV. Portam ad Sanctum paulum solemniter aperuit, conclusitque, diemque clausit extremum anno MDCXXVI. die XXVIII. Augusti elatus ad Sancti Urbani templum, quod substruxerat. Octavius Bandinus Florentinus Archiepiscopus Firmanus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis anno MDC.

XXI. die XXVII. Martii Prænestinus Episcopus, anno MDCXXIV. die XVI. Septembris Portuensis, denique Ostiensis anno MDCXXVI. die VII. Idus Septembris, obiit die I. Augusti MDCXXIX. conditusque fuit in Sancti Siluestri in Monte Quirinali, exstat ibidem Epitaphium. Andreas Perettus à Clemente Octavo Diaconus Cardinalis adscitus anno MDXCVI. Sanctæ Mariæ in Domnica, mox Presbyter Tituli Sancti Laurentii in Lucina, pronuntiatus fuit Episcopus Prænestinus die XVI. Septembris anno MDCXXIV. tum Albanensis anno MDCXXVI. die II. Martij, hinc anno MDCXXVII. die XVIII. Kalendas Maij Tusculanus, obiit Romæ die III. Augusti anno MDCXXIX. & apud Sanctam Mariam Maiorem sepultus est propè Sixti Quinti gentilis sui Mausoleum. Dominicus Gymnastus Romæ natus originem trahens è Castro Bononienfi Archiepiscopus Sipontinus Nuntius ad Regem Hispaniarum à Clemente Octavo missus, Cardinalisque designatus, à Paulo Quinto Titulum Presbyteralem Sancti Pancratij accepit, tum Sancti Laurentij in Lucina, è quo, anno MDCXXVI. die II. Martij ad Prænestinum Episcopatum euectus, anno MDCXXIX. die XIII. Septembris ad Portuensem, ereptus est orbi anno MDCXXXIX. die XIII. Martij, tumuloque inditus in Ecclesia Sanctæ Luciae, quam fundarat, dotaueratque. Marcellus Lantes Romanus è Camera Apostolicæ Auditore à Paulo Quinto affine Presbyter Cardinalis Tituli Sanctorum Quirici, & Iulittæ Tudertinus Episcopus, pridie Kalendas Maii anno MDCXXIX. Prænestinus, VIII. Idus Octobris Tusculanus, XXIII. Martii anno MDCXXXIX. Portuensis, ad vltimum Kal. Iulii MDCXLI. Ostiensis, migravit è vita die XVII.

Apri-

Aprilis MDCLII. Petrus Paulus Crescentius Romanus ex Auditore Camerae Apostolicae à Paulo Quinto ad Cardinalatum euocatus, Presbyterque Sanctorum Nerei, & Achillei Tituli Fasciolæ, Episcopus Reatinus, & Vrbeuetanus, deinde Prænestinus VIII. Idus Octobris anno MDCXXXIX, & Portuenfis Kalendis Iulii anno MDCXLI. Romæ obiit die XXVI. Februarii anno MDCXLV. Guido Bentiuolus Ferrariensis è Presbytero Cardinale Sanctæ Mariæ Transtiberim Tituli Callisti Prænestinus Episcopus Kalendis Iulii anno MDCXLI. euasit. Cardinalatus dignitatem illi detulerat paulus Quintus Nuntio ad Regem Francorum, & Archiepiscopo Rhodio, Ecclesiam Regiensem in Prouincia Narbonense administravit. Cum verò in pontificio interegno post Urbani Octaui obitum die VII. Septembris anno MDCXLIV. decessisset, eodem anno die XVII. Octobris Innocentius Decimus in secreto Consistorio referente Eminentissimo Cardinale Ginetto Vicario prouidit Ecclesiæ prænestinæ Ildephonsum de Cueva Hispanum Cardinalem à Gregorio XV. delectum anno MDCXXII., qui eam de more Optauerat, & præfecit.

Illeque adhuc isti præfider.



EPI.

EPILOGVS OPERIS.

CAPVT XVII.



VI desiderabit à me vt Oppida & Vicos Dioecesis prænestinæ perlustrarem, & quæcumque in illis videntur memoranda perscribam, quin vt Ecclesias intra prænestin, forisque constructas, & ornatas, atque Sanctorum Reliquias venerandas inibi repositas, Ordinumque Religiosorum Cœnobia, & Parthenonas sigillatim referam; Is cogitet me priore libro Latifundia, Possessionesque priscas, & Oppida, Vicosque complexum, at Ecclesias antiquas, atque Reliquias in isto. Quæ verò supersunt, eæ sunt recentes, & alibi à me fusiùs forsitan Deo adiuuante pertractabuntur. Viros tamen Illustres sanctitate, ac virtutibus insignes, ortuque suo, vel mora Prænestin nobilitantes, præter illos, quos iam commemoravi, non omittam. In quibus Princeps occurrit Berardus è Comitibus Marsorum Acolythus, à papa paschale Secundo Romam euocatus, & Subdiaconus, atque Campaniæ Comes constitutus, qui à petro Columna Consule Romano captus, inque Cisternam prænestes demissus, vix inde fuit erutus, ac liberatus à consanguineo suo, & Diaconus, Episcopusque Marsicanus effloruit sanctimonia, vt ex eius vita R. P. Vghellus enarrat. B. Iacoponus de Benedictis Tudertinus succedit, qui Ordinem Minorum professus, & stultus propter Christum noua mundum arte delusit, & cœlum rapuit, cuiusque,

Cap. 10.

Cap. 4. & c. 5.

Lib. 1. c. 28.

Tom. 1. Ital.
Sac.

iufque, cum obdormiffet in Domino die XXV. Martii anno MCCXCVI.; offa Tuderti depofita in Ecclefia Virginum Sanctæ Claræ, tum translata in Sancti Fortunati, repositaque in facrario. Hic autem Iacoponus fe pœnitentiam egiffe prænefte canit, hifce verbis. *Que farai Fra Iacopone fei venuto al paragone. Fuſte al monte Peleſtrina anno è mezo in diſciplina.* Anno V. Bonifacii Octavi enuntiat in Bulla CXIV. Magiſter Ioannes de penefre Cameræ Clericus. patrum noſtrorum memoria Andreas Fulvius præneſtinus ſcripfit Urbis Antiquitates, quæ typis exſtant editæ cum Notis Hieronymi Ferrutii, vti Geſnerus admonet, eæ vernaculo ſermone fuerunt expreſſe, in Epigrammate, quod præfixum legitur Quercui Capitolinæ, ipſe vocitat fe Andream præneſtinum. Hubertus Goltzius præneſtes Antiquarium nominat Auguſtinum Nigoriū, Ioannes petrus Aloyſius præneſtinus Muſicæ Princeps fuit ſuperiori ſæculo, eiufq; in ſacris tutor, & conſervator. Angelus Vellius præneſtinus Congregationis Oratorii præpoſitus Generalis anno MDC. effulſit. Sebaſtianus Fantonus præneſte ortus prior Generalis Carmelitarum à fundamentis ibidem erexit anno MDCXIII. Cœnobium eiufdem Ordinis, quod ſacra ſupellectile, ac Bibliotheca inſtructiſſima exornavit. Andreas Borgia præneſtæ quoque natus ab Urbano Octavo Sanctiſſimo pontifice Signinæ Eccleſiæ datus Epicoſopus anno MDCXLIII. illam piè, ſapienterque adminiſtrat. Agapitum Colorſium præneſtinum Filium Ioannis Baptiſtæ bellica laude in Belgio clariffimi, dum pro Urbani Octavi Sanctiſſimi Pontificis, & Apoſtolicæ Sedis obſequio Liburni ageret, intermortui, & Hortenſiæ Torſolæ Matronæ lectiſſimæ, ac pientiffi.

Cant. 55.

VVad. tom. 3.
Annal. Min.
ad an. 1306.
nu. 10.

In Biblioth.

Edit. Romæ
an. 1510.in Itin. per
Germ. Ital.
Gall.

Guidiccion.

Gallon. in
vir. S. Philip-
pi Nerij.

Inſcript.

Vghell.

tissimæ, Agapitum (inquam) Eminentissimi Principis Francisci Cardinalis Barberini Mæcænatis mei à secretis, Encomio iusto celebrare si ordiar, Panegyricum benè prolixum aggrederer, in eo namque certant pietas, prudentia, & doctrina, sed in primis modestia singularis, quæ me progredi vetat. Claudam igitur hanc Antiquitatum Prænestinarum opellam insperso isto veluti gustu nouitatis, votoque concepto ad Deum Opt. Max. quod in dies renouare gaudeo, pro Excellentissimi Principis Maffæi Barberini, Prænestinæque Urbis faustissimis, & fortunatissimis successibus, atque perennæ Felicitate.



Mantissa.

CAPVT XVIII.



ST post vindemiam racematio superstes, autore Tertulliano, canente Nemefiano, *extremas legulus cum sustulit uas*; Est & post messem spicilegiū, dum illectæ spiçe, quę metentiū manus effugerūt, rursus in manipulos colliguntur, vt in libro Ruth legitur, & apud Iurisconsultos adnotatur. Nonnulla igitur in libris istis omissa, quę meas in manus recens peruenerunt, addam hic Mantissæ loco, (vt aiunt) quę obsonia vincat, imò condiat animos, pascens delicijs, & suauitate doctrinæ.

Apologetic.
31.

Eclog. 3.

C. 2.
Alciatein tit.
D. de verb. si.
gnific.

Turneb. lib.
19. Aduersar.
c. 13.

Lib. 1. pag. 4. v. antepenult. post *meminit* adiungo. De Idæis agit scholiastes Græcus Apollonij Rhodij in lib. 1. Argonauticôn, & inquitur cur *δακτυλοι* dicti sint; Erycius Puteanus in lib. de Olympiadib. censet eo nomine appellatos, quia decem erant, quot nempe sunt in manibus Digiti, è Diodoro, Sophocle, ac Strabone.

P. 44.

P. 14.

pag. 5. v. 2. post *emendationē*. Is erat illorum temporum mos, vt viri Principes suæ nobilitatis originem, aut in Deos, aut in Heroas Deorum nothos filios referrent. Appian. vbi de Antone Herculis filio, deque Antonia gente apud Fuluium Vrsinum.

Pag. 11. v. 12. post *etymologia*; adtexo Paulinum Nolanum sanctitate, ac eruditione celebrem in versibus.

Quos Præneste altum, quos fertile pascit Aquinum.

M m Pag. 12

P. 410.

Pag. 12. V. 21. post *Cæsaris*. In Baiano Posidianæ aquæ vocantur, nomine accepto à Claudij Cæsaris Liberto: Plinius id testatur lib. 31. Natur. Histor. c. 2. de Poside isto hasta pura donato in Triumpho Britannico, Suetonius, & Seneca in Ludo de morte Claudij Cæsaris agunt.

P. 610.

In communi
tor.

P. 14. v. 23. post *præfecto*, At hodie sub Alexandro VII. Pōtifice Maximo, & Principe Maphæo Barberino Cū à tempore omnia humana rapiatur, & nos ex eo aliquid inuicé rapere debemus, vt admonet Vincentius Lirinensis. Itaque, vt meæ in vrbe moræ post longinquam, & diurnam absentiam (annorum scilicet XVIII. plus minus) fructus aliquis superesset, non passus sum intercidere, ac perire quæ olim de Præneste hic laboriosè coaceruaram, & accumularam, quorumque portio bene magna iam emerferat e prælo. Sed ea quamuis *Melissa*, imò hiulca, & interrupta, sarcire aggressus impulsore, ac *ἔργον δῶκεν* Eminentissimo Mæcanate Frâncisco Cardinale Barberino, sub incudem reuocaui, mihi que sum visus absoluere. Nihil mirum igitur si duos hic Pontifices Maximos, duosque Principes optimos enumerem. Anni etenim (vti docuit me Sidonius Aruernorum Episcopus) non tam de frugibus, quam de bonis Principibus sunt æstimandi.

L. b. 2. c. 9.

Pag. 19. v. 6. post, *domate*, consulendus Athenæus lib. 1. Dypnosoph. c. 15. vbi *Πραηνεστίνης ἢ Τιβεστίνης λιπαρότερον Μέριστον τὸν ἴσον* esse affirmat e Galeno. Vinum Prænestes celebrat quoque Ioannes Geometra, vt inferiùs obseruaui, & oleum. Ibid. v. 22. post *quæras* de fundis Ceiano, seu Seiano, Thermulæ, ac Cilonis Prænestino in territorio, R. P. Philippinus in Antiqq. SS. Siluestri, & Martini agit: de domo Cilonis Descript. Urb. & ibi Pancirolus: de

L.

L. Flauio Cilone splendidissimo Præfecto Cuiacius.

I. 10. c. 26.
Obscruat. Iur.

Pag. 20. v. 18. post *Casarianū*, in INT. id est, in integro. formula vetus est, de qua Torrig. part. 1. Memor. Sancti Petri.

Pag. 21. v. penultimo post in *horto*. Flore ardentius rubente, odore nullo probabilis rosa, vno gloriosa nomine, centifolia, quam Plinius Campanam, Clusius Prænestinam appellant, viridi, graciliori, improcero, nullisque ferè spinis metuendo frutice funditur, vulgari satiuæ densis folijs leuiter ex albo rubescenti, quam aut Plinianam Alabandicam, aut Trachiniam esse Scriptores sanè nobiles autumant: virgei rami breuiiores, graciliores, subuirides, minorum, grandiorumque spinarum promiscuè crebris, languido pallore liuidis, intētisque mucronibus minaces, quæ variè diluta, floris foliosi rubore maculosa, Prænestina dicitur, asperitate pariter aculeata inhorrescit.

Pag. 83.

L. 21. c. 4. e
Ioann. Bapt.
Porta.

Rarior, plan-
tar. Histor.
lib. 1. c. 8.

Ferrarius in
Flora p. 283.
e Roberto
Dodonæo, &
suprac. Porta.

Pag. 22. v. 10. post *Et* nuces Prænestinas memorat Cato lib. de Re Rust. c. 133.

Pag. 24. v. 30. post *nauigabat*. Regius in Antiqq. Tiburtin. part. 2. c. 5. refert, rus Q. Horatij Flacci poetæ Lyricorum Principis Prænestinum, fuisse situm in montibus, qui Sancti Ioannis in Campo Horatio nuncupantur, profertque testem Blondum: at Leander illud locat in montibus Tusculo proximis. Statius Papinius in lib. 4. Siluarū ad Marcellū ita canit.

P. 114.

*Annua iam densæ rarescunt mœnia Romæ,
Hos Prænestæ sacrum, nemus hos glaciale Diana,
Algidus aut torrens, aut Tuscula protegit umbra.*

P. 116.

Pag. 3. v. 9. Polydorum Virgilium adde lib. de rer. Inuentor. & Mysingerum in tit. Institut. de Legatis, agere de sortibus Prænestinis. Tertullianus lib.

de pallio: *Cum sortium* (ait) *variavit urna* not. 9. Robertellus in Ciceronē præclare de fortibus. Rhinocolura Aegypti Ciuitas dicta est a fortibus, quod illic Noe diuisit forte terrā filijs suis, auctore Sancto Epiphanio hæref. 66. & Cardinale Baronio: at Senecæ, locus est in Syria, cuius incolarum nares præcidi Perfarum Rex iussit. De fortibus Lycijs Virgil. & Alciatus. de Dodonæis T. Liuius, & Didymus. de fortibus Aponi propè Patavium, vbi Balnea Aponensia *απόνη* Claudianus in Epigrammate, Cassiodorus in Varijs: de talis aureis ibi iactis a Tiberio Casare, & oraculo Geryonis, Suetonius, vbi Casaubonus: de aqua Inus apud Pausaniam: deque fonte Tanari, & *περι μαρτινῆς ὕδατος*, e Sozomeno, & c. de Castalia fonte Antiochiæ, qui obstructus ab Hadriano, & frustrâ reclusus a Iuliano desertore impio Christi, Ammianus lib. 22. Sozomenus, Socrates, Nicephorus, Suidas in Castalia præcipuè S. Ioannes Chrysoftomus. De fortibus, quæ emerferunt Comagenæ in Pannonia Claudio Casari secundo, & quæ in Apennino, siue Aponino, (sicut emendauit Casaubonus) vide Trebellium, & Vopiscum.

Pag. 38. *ψ. 5.* post *pauidusque*, appingendum est hoc Epitaphium ad Ludos etiam spectans in arca lapidea oblonga palmos X. inuenta Præneste in horto Ioannis Petri Aloisij Anno salutis MDCXLVI. Mense Decembri, quod ipse manu mea excripsi.

L. VRVINIO LL. PHILOMYSO

MAG. CONLIB. LIBERT.

PUBLICAE SEPULTURAE, ET STATVAE
IN FORO LOCVS DATVS EST QVOD IN
TESTAMENTO SVO LAVATIONEM POPVLO
GRATIS PER TRIENNIYM GLADIATORVMQ
PARIA

In not. ad
Martyrol.
Rom. 16.
Ianuar.

lib. 3. de ira
c. 20. lib. 5.
cap. 72. pa-
terg. Iuris.
Dec. 1. l. 8. p.
497. in odyss.
Homeri p.
117.

P. 354.
L. 2. Epist. 39

F. 51.
In Tiberio
c. 14. p. 163.

R. 567.

Vt putat Sal-
masius in Hi-
stor. Aug. 331.
In Diuo Cla-
udio p. 221.
in Firmo. p.
243. & in Pro-
bo p. 256.

PARIA X. ET FORTVNAE PRIMIGENIAE CO-
RONAM
AVREAMP. I. DARI IDEMQVE LVDOSEX
HS. CC. IOO. IOO PER DIES V. FIERITVSSIT
PHILIPPVS L. MONVMENTVM DE SVO FECIT. Lib. 22 c. 5.

Pag. 40. v. 14. post *Vrbem*. Petrus Crinitus de honesta Disciplina, *Hæ* (inquit) *sortes Romani populi Fata continebant tesseriis quibusdam ligneis insculptæ*, vnde Liuius extenuatas sortes inter prodigia numerat, quoniam litteræ illæ fatales alicubi consumptæ videbantur. P. 556.

Pag. 47. v. 23. post *dicta est*, de bracteis Prænestinis agit Steuech. in lib. 10. A sin. Apuleij.

Pag. 51. v. 14. post *simulacris*. Fortunæ Templum Cæsareæ fuit euersum à Christianis sub Iuliano Augusto, vt legitur in Histor. Tripertit. lib. 6. c. 4. & c. 14. vnde conijcio Temp'la Fortunæ Romæ, Prænestæque à Christianis quoque diruta destructaque.

Pag. 52. v. 13. post *proferre*. Sed passim obuia est Inscriptio Bonæ Fortunæ. Ioui soli. Magno Serapidi Greca refertur à Torrigio in Cryptis Vaticanis, de Serapide Pausanias, de illo Ioue, ac *δαδοφροισ* Staius Alexandrinus in *Ἐρωτικῶς* Clitophontis. Dij *αὐθρόνοι* Isidis ab eruditissimo Patre Athanasio KirKero recensentur in Prodomo Coptico. Serapidem Aegyptium memorat Arnobius: de Serapide Boyssardus lib. de Magia: de illius delubro diruto Eunapius, in quo libri sacri erant repositi, S. Ioannes Chrysofostomus orat. 1. adu. Iudæos. de Apide Sanctus Clemens Romanus lib. 5. & lib. 6. Apostolic. Constitur.

Ad pag. 62. v. 6. post *erunt*. Basilicam AEmyliam Romæ

P. III.
P. 8. & 5:60
lib. 5. p. 85

P. 174.
lib. 4. adu.
Genes.
P. 327.
P. 32.
P. 443.
P. 39. & 79

In Vit. Caf.
Appian. l. 2.
de bell. Ciu. l.
p. 469. Plin.
l. 36. c. 15.
Pan. cirol. in
Reg. Urb. p.
169. & 170.
lib. 4. opt. 16
lib. 35.
lib. 45. c. 5.
lib. de Roma
c. 17. F. 153.
de Vir Illust.
Donat. p. 186

Lib. 1. c. 30.

Romæ locat Barbarus in cōmentarijs ad Vitruuiū, è Plutarcho, quæ Basilica Pauli dicitur, & in Regione IV. ponitur in Urbis Descriptione, à L. Paulo AEmilio post deuictum Perseum dedicata. Donatus è Cicerone duas Basilicas Paulo tribuit, alteram instauratam, extructam alteram; vultque plinium alterius Basilicæ AEmiliæ meminisse, in foro statuens Basilicam Pauli ex aduerso Iuliæ, à latere Domitianæ equi, è versu Statij. p. Victor enumerat XIX. Basilicas in Vrbe, Panuinius XXII. Descriptio subiecta Notitiæ Imperij X. Itaque à Fulvio aliquo, siue è Poëtinis, siue è Flaccis, qui prænestæ fuit, siue à Fulvia vxore M. Antonij, quæ prænesten insederat, vt enarraui superius; & ab aliquo etiam AEmilio Basilicas ædificatas prænestæ conijcere licet, in illisque Varronem vidisse litteras incisas solario, quod Cornelius Sylla in umbrauerit postea musuo adornans, nisi Cornelius Sylla Basilicas illas erexerit instar altiarum, quæ Romæ essent, & nomen Gentium affinium, aut cognatarum, aut amicarum ipsis attribuerit. Sic assurgebant Capitolia, sic Theatra, & Circi, sic Monetæ in Colonijs, quæ Urbis effigies erant, & simulata magnis Mœnia -

Ad pag. 64. v. 2. post *posuit*. Crediderim hunc L. Aelianum fuisse cognatum polyhistoris, qui Claudij prænomen habebat, vt Suidas affirmat. quia Ciuitate Romana donatus illud assumpserat, vt Claudius Ptolemæus Geographus, & Flavius Iosephus Historicus, quod obseruauit Grégoras lib. 7. Histor. Philostratus in vitis sophistarum refert Aelianum legisse librum, quem ipse conscripserat contra γυν-
νίδα, id est è Suida γυναικων, qui Romanum Imperium luxuria sua paulò ante contaminarat. Tri-
stanus, Numorum Historiæque peritissimus vir, hunc
γυν-

γυννίδα Antoninum Elegabalum esse censuit: verum
 cum prius ab AEliano nuncupatum opus ταξίων
 ἑσπερίων ἑλληνικῶν Traiano afferuerit, & in præfa-
 tione Neruam Formijs à se salutatum AElianus ipse
 testetur, neque plus annis LX. vixerit, &
 Nerua Christi anno LXXXIX. Elegabalo superstes esse,
 neutiquam potuit AElianus: sed nomine γυννίδος
 intelligendus est Domitianus, homo impurissimus,
 & libidini addictus, vt Suetonius affirmat, & Tacitus,
 qui expulerat Italia Philosophos, & hos inter
 Dionem Præsæum, qui conqueritur in Orationibus
 & Apologia, vt Marsilius adnotat: vnde AElianus
 amicus Dionis, & Sophista impulsus fuit ad scri-
 bendum aduersus Domitianum, constat eum flo-
 ruisse sub Traiano, & superstitem Hadriano, quia,
 peramicus fuit illi Dioni, Auditor Nicoftrati, &
 Pausaniæ, administratorque Herodis, qui omnes
 sub Traiano, Hadriano, & Antonino vixere, Sui-
 das prodit eum vixisse ἐπι πάντων μετὰ Ἀδριανῆς χρόνων ex-
 stant AEliani libri ποικίλους ἴσοπλους: de re militari,
 de Animalibus, de plantis, Epistolia Rusti-
 ca: eius instructio de re Nauali fertur extare
 in Bibliotheca Regis Francorum, & palatina, extat
 in Dactylothecca Eminentissimi Cardinalis Franci-
 sci Barberini onyx, cui incisum, AELIANE VIVAS,
 forte amici, aut amicæ Prænestini AEliani, nec
 enim duxit vxorem, & in tanta synonymia AElia-
 norum haud facile est diuinare. Martialis, vt omit-
 tam reliquos, Couinum currum extollit. *Facundi
 sibi manus Aeliani.*

P. 65. v. 9. post Per, visitur, & alia inscriptio QVET-
 TIVS PVLCHER. Vettiæ gentis complura sunt mo-
 numenta. Numus argenteus. SABINVS S. C. AT,

T. VET.

p. 166.
 p. 364. edit.
 Græcz Ve-
 net. 1538. in
 8.
 Tom. 2. p.
 323.
 Tom 1 p. 373

C-22 in Do-
 mir. lib. 4. Hi-
 stor. 3. Gel-
 lius c. 11. 25
 not. Attic
 In Domitio
 Sueton.

Vitin. de Fa-
mil. Roman.
P. 275.

T. VETTIVS IVDEX. E Vettia gente prodijt Iu-
uencus Poeta Christianus Hispanus, qui sub Con-
stantino Principe primus omnium ausus Euangelij
maiestatem sub metri leges mittere. Iureto auctore.

In regist. 27.
Iuon. Caf-
not.

Zagarolæ in Cippo legitur FLAVIAE SABINAE
CAESENSI F. Præneſte in Tortioli Sancti
Vinea.

M. ANTENNIO

In æde Sancti Ioannis an-
te portam Santi Martini.

L. F. SEVERO

L. M. ANTENNI

IMP. CAE

SABINI TRIB.

ANTO

COH. III. PR. ET.

GERMANICO

FLAVIAE. T. F.

DIVI COM.

PROCILLAE

DIVI ANTO

FILIO

DIVI HADR

T. FLAVIVS

DIVI TRAIAN

GERMANVS

NEPOTI SVO.

In base propter Ecclesiam

In ædibus D. Iulij Vaccae

Cathedralem.

Canonici præneſtini.

IN AE

P. FLAVIVS P. L. HI.

RANNI

FLAVIA P. L. V. T.

FILIAE OPTIMAE

P. FLAVIVS P. L. P. V.

MERITAE PRAENEST.

D.

f. 109.

161. v. 15. post *Moreſtellus*, adde. Sive Q. Attij
Poetae Comici, vt Bergerius locat in lib. de Vijs Im-
perij Romani.

Dialog. I. 4.
c. 26.

V. 17. post *Papa*. Deliberatum fuerat corpus cu-
iusdam Aduocati, &c. apud B. Ianuarium Martyrem
via Præneſtina poni, apud S. Gregorium legitur.

V. antepenult. post *terrarum*, Paron, & Caryſton in
Aegæo mari Inſulas laudant de marmorum gene-
ribus agens Plinius Secundus, Eucherius, Iſidorus,
& Notit. Inſular. auctor meminerunt vtriuſque, de
Co.

Columellis Aegyptijs, quas à Carysto Etruscorum oppido dictas contendit Cl. Minos sequutus Cata-
neum. Carystos marmoreis fluctibus concolora-
vocatur à Martiano Capella. *Domus est mihi sulca
columnis Tanare siue tuis, siue Caryste tuis*, Tibul-
lus canit. Itaque Parium marmor est albi coloris
Numidicum eburni, Carystium viride sicut Laconi-
cum, seù Tanarium, & Lacedaemonium, quod her-
bosum, si vero fuerit albo permistum, Tiberianum è
Pyrrho Ligorio apud Caracciolum, & è Regio.
Synnadicum marmor est purpureum maculosum,
quod & Phrygium; est enim Synnas vrbs Phrygiae,
decipitur Bergerius, qui cum Syenite in Aegypto
confundit, vbi marmor erat *πυρροποικιλόν* ex Plinio,
& Phoeniceum, & Aethiopicum: Claudianæ Co-
lumnæ, vnde fuerint ignorat Bergerius, sed Por-
phyriten ex Aegypto candidis interuenientibus
punctis Leucosticton vocatū marmor Claudio Cæ-
sari aduectum primum à Triario Pollione Procura-
tore Plinius tradit. additque neminem postea imi-
tatum, nec admodum probatam nouitatem: Ony-
chinum lapidem à Callisto Claudij liberto adductū
deinde refert; VI. Onychinas columnas volubiles
concessas Gregorio III. Pontifici ab Exarcho Eu-
tychio, vt iuxta VI. alias collocarentur ante Pre-
sbyterium, seù circa Confessionem Beati Petri Ec-
clesiæ, Anastasius perhibet.

Ibi post vocem *Casaubono* appingo, seù à cen-
tum columnis, vt putat Bergerius, ducentæ tamen
disertè numerantur.

Pag. 67. ad calcem c. 19. à Porta Exquilina in-
cipit via Labicana, à qua, & Prænestina, hodie Ma-
ior dicitur à magnitudine ædificij, sub quo sita est,
Castelli nempe aquæductus Claudiani, incipit via.

N n Præ.

Lib. 36. c. 7. &
8. & sep. 6. lib. 5.
In lib. 3. Reg.
c. 6. p. 6. c. 11.

in nott. ad E.
pist. Secundi
p. 58.

De Nupt.
Mercur. &
Philolog. p.
40.

In Vita Pauli
IV. in Antiq.
Tiburt.

Lib. 2. Viar.
Imper. Rom.
p. 292.
Lib. 36. c. 8.

Lib. 2. c. 46

Lib. 36. c. 7.

Prænestina in Vrbe haud procul a Foro Romano, vnde in vicum Patricium tendebat, & recta, & ad portam Exquilinam, & ad læuam Labicanæ pergebat Anagninam vsque, vbi Latinæ iungebatur, & hinc Beneuentum, ex Antonini Itinerario, & Tabula Peutingeri, vt adnotat Bergerius.

Lib. 7. c. 24.
P. 410.

Pag. 68. post *Inscriptionem* C. SAVFEII, aliæ duæ apud Torciolum leguntur in quadam Columella quadrata.

C. M. AGVLNIVS C. F.
SCATO MAXS
C. SAVFEIVS C. F.
FLACCVS
PR
SACRAVERVNT.

In alia C. SAVFEIVS
C. F.
FLACCVS
C. M. AGVLNIVS
SCATO MAXS
PR.
SACRAVERVNT.

Ad pag. 71. *in calce*; oppida in Italia fuere, aut Latij foedere obstricta, vt Tibur, aut Præneste, Sigonio teste lib. 2. de antiquo iure Italiæ c. 14. Appianus Tiburtinos, & Prænestinos, quorum Ciuitates erant foederatæ, Ciuitate donatos tradit apud eundem Sigonium, qui Prænesten Coloniam a Sulla deductam memorat, fortè iterum post internecionem ciuium, & stragem illam editam.

Lib. 3. c. 1. p.
200.

Ad pag. 78. v. 15. post *rebellarunt*, Tribunis Quinto Crasso, Seruilio Cornelio, Spurio Papyrio, & Fabio Albo Procos. siue anno ab Orbe condito, vt Caluissius putat, MMMDLXXXIX. ante Christum natum CCCLXV. & ab Vrbe condita CCCLXXXVI. Tunc per Italiam Romani ducto aduersus Prænestinos exercitu, illis deuictis plurimos rebellantes rruccidarunt, *κατὰ ἡδὲ τὴν Ἰταλίαν*, &c. Diodorus Siculus lib. 15. Bibliothec.

P. 489.

Ad

Ad pag. 86. v. 11. post *Ammianus*, & Gallonius de Cruciatibus Martyrum ex illismet.

Ad p. 87. v. 3. post *conuitia*, hic Rupilius Prænestinus Comes Bruti prætoris Asiæ Regi Perseo inuisus.

Ibi v. 26. post *habeam*. Plautus Prænestinos in Truculêto suo ludit quod Coniam dicerent pro Ciconia, rabonem pro arrabone: ar videlicet, vt ille iocorû pater argutatur, lucrifacientes. Videtis Glosarium prisco Gallicum Ioannis Isaacij. Apostolus ad Romanos Spaniam pro Hispania ponit.

Ad pag. 93. subde *has Inscriptiones*. In ædibus Petri Fantonij V. CL.

SEX MAESIO SEXF. ROM. CELSO PRAEF.
FABR. III > LEG. IIII. MACED. QVAED. II.
VIR. FLAMIN. DIVI. AVG. SORTILEGO
FORTVNAE PRIMIGENIAE
SEX. MAESIVS ECHIO LIB. EECIT SIBI
ET SEX MAESIO CELERI FILIO SVO ET
MAGIAE PINOE CONIVGI ET. SEX-
MAESIO POTHO. CONLIBERTO
POSTERISQVE SVIS.

P. 236. c. 15.

Habebat &
suos Fortuna
sortilegos.

Romæ verò extra Portam Flaminiam in vinea, seu Prætorio Principis Iustiniani, puer excisus est è lapide decumbens, dextra vuæ acinum porrigit gallo gallinaceo, læuaque tenet racemum, ibi & Tripus sculpta est: subtus legitur in marmore.

D. M.

In Ecclesia Sancti Petri

ET. MM. M. VLPI. HELIADI Prænesti lapidi est
FECERVNT. M. VLPIVS incisum.
PRAENESTINVS RVF
AELIA. HELIAS. FILIO LEG
DVLCISSIMO LEG
V. AN. I. M. II. D. XXIV. DEIOTAR.

N n 2

Li-

Libro 2. cap. 1. pag. 104. v. 5. post *Leo* adde: *eredimus* prouidentia Dei latitudinem Romani Imperij præparatam, vt nationes vocandæ ad vnitatem corporis Christi prius iure vnus consociarentur Imperij, sicuti scribit amanuensis Sancti Leonis Prosper Episcopus Regiensis.

Li. 3. de Vo.
cat. Gentium
c. 16.

P. 120. v. 26. post *ad aliud* appinge. Fufius agit *Mēdoza* in Conciliū Illiberitanū, de his, qui se offerunt.

Pag. 142.

Pag. 112. v. 12. post *venerantur*, de more supponendi capita statuæ ænæ Sancti Petri ad *Torrigium* in Crypt. Vatican.

P. 578.

P. 239.

P. 452. 467.
& 588.

P. 153. v. 31. post *Episcopus*, vide Nicolaum Studitam apud P. Combefis.

Tom. 1. q.
1304.

P. 165. v. 3. post *qui, adde*, indefinitus ad beneplacitū Papæ etsi LXX. sint ex Marco in Decif Delphinal.

Pag. ead. v. 18. post *distinguit*. Labitur *Alteserra* in lib. Rerum Aquitanicarum *Victorinū Pitabionensem* asserens *Pictauiensem*: consulendus est *Lazius*.

Pag. 163. v. 4. post *discrepare*, adiungi possunt, quæ *Torrigius* congeffit in Cryptis Vaticanis de VII. Urbis Regionibus, de VII. Cardinalibus in S. Petri Basilica celebrantibus, & de Titulis.

2. 293.

Diplomati
Donationis.

P. 177. v. 1. post *sunt*, adnecto, glossam in c. *Pudor* 32: q. 2. agere de Cardinalibus *Rauennatibus*, & *Gomezii* in Regulas Cancellariæ de Cardinalibus *Mediolanensibus*. *Andree* Episcopi *Spoletini* diplomati donationis pro anima *Henrici* Imperatoris subscribūt *Presbyteri* *Cardinales* *Ecclesiæ Spoletinæ*, sicut in *Archiuo Capitulari* legi. *Salernitani* *Canonici* vocabantur etiam *Cardinales*, vt patet è charta *Emphyteusis* data anno salut. MDLXXXVII. quam exhibuit mihi *Reuerendissimus Abbas Mancinus* *Canonicus Basilicæ S. Laurentij in Damaso*. De Cardinalibus *Ra*

uen-

uennatibus Cōpostellanis, & alijs, deque Titulis Romanis, vi. Episcopalibus, XXIIX. Presbyteralibus, XX. Diaconalibus, è Petro de Mōte in Monarchia Conciliorum, & ex Onuphrio Panuino varia rerulit Marcus suprascripta Quæ st. Vestrius in praxi Fori Romani.

P. 189. v. 20. post *proditur*. Ecclesiam S. Nicolai in Monte Palatino a Callisto Papa II. Blondus in Roma Instaurata perhibet exædificatam. Ioannis VIII. Sepulcrum in S. Andreæ de Pallaria, & ædes familiæ Capranicensis super templo Palladij constructas.

Alexander II. deinde Casinensi Abbati dat Ecclesiam S. Marię de Palladio, & recipit Ecclesiã S. Crucis in Hierusalem à Leone Papa IX. datam Richerio.

E. 3. 36 Chron.
nic Casinen.

P. 109. v. 1. post *Albanensis*. Domus Episcopi Portuensis erat in Lycaonia insula, vt legimus in vita S. Brunonis Episcopi Signini, erat ibidem Domus Episcopi Sanctę Rufinæ, seu Syluæ candidę, idque fusè probat Vghellus è Diplomatis Benedictorum VIII. & IX. ac Ionnis XIX. erat & Ecclesia Sancti Ioannis Baptistæ dicta inter duos pontes, quã à Vādalis exustã anno sal. CCCCLV. Petrus fortè Portuensis Episcopus, qui anno Christi CCCC. LXV. seu LXVII. Concilio Romano sub Hilario Papa interfuerat, renouauit magnificentius, ex inscriptione recens inuenta ab eruditissimo Morono.

In Italia si-
cra de epist.
Portuen. &
Siluę Candi-
dide.

Vandalica rabies hanc vssit Martyris aulam,

Quam Petrus Antistes cultu meliore nouauit.

Est autem Insula Lycaonia Romæ, quæ hinc ponte Cestio, inde Fabricio cōnectitur Vrbi, à Iouis Lyconis Tēplo, quod ibi erat, vti Fauni, & AEsculapij Serpentisque delati Epidauro; Fuit quondam hæc Insula Tyberina carcer Aruandi, teste Sidonio: nunc in ea sunt SS. Paulini, Adalberti, & Bartholomæi, quin & Sancti Ioannis Calybitę Ecclesiæ.

Lib. I. epist. 7.

pagina 210. in margine lauda Cardinalem
Ba-

Baronium in Annal. Eccles.

z. 111.

P. 214. v. 10. post *euolauit*. In Concilio Romano, quod habitum fuit anno MCXXI. Domno prænestinus Episcopus Cardinalis nominatur apud Marchesium in Dissertatione de S. Brunone Signien. sed legendum Domnus Cono. Stephanus Episcopus Tornacensis scribit epistolā XLII. Episcopo Prænestino Bernereolo, vti p. 221. v. 1. adnotauit.

P. 221. v. penult. post *offauit*. Canonizationi Sancti Brunonis Episcopi Signini in Ecclesia Signien. se inter alios Cardinales adstitit Dominus Paulus Episcopus Prænestinus è suprascripto Marchesio.

P. 269. v. 16. post *Prænestinum*. Hic Andreas varia Urbis monumenta carmine descripsit, & Leoni Decimo dicauit, exstant illa edita Romæ in 4. anno MDXII. cum Epigrammate Ioannis Fuluij. Marianus de Blanchellis Prænestinus emendauit Pomponij Læti librum de vetustate Urbis, MDXV. anno excusum: vetustior Liber, qui de Numismatis antiquis ageret, ab Andrea Fuluiio anno MDXVII. Leonis Decimi æuo conscriptus fuit, & in lucem emissus, rursusque prodijt auctior Clemente VII. & Paulo III. sedentibus: erant in eo effigies, & vitæ Imperatorum, sed Numorum auersæ facies deerant, nisi quod ad calcem plerique Numi cum altera superficie visuntur ex argenteis, vt plurimum, & ex aliquot æneis Numismatibus deprompti. Sunt & complures commentitij, ac adulterini, præter illos quos commemorauimus C. Marij, & in secunda Editione Argentinensi anno MDXXXVII. cui nomen suum Ioannes Huttichius imposuit. Hæc Antonius Augustinus Dialog. XI. de Nū. Antiq. Ille ipse Andreas Fuluius primus Inscriptiones Romanas publicauit typis Iacobi Mazochij Romæ anno MDXXI.

p. 197.
idem Augustinus
Rinus p. 299.

Pag.

P. eadem 269. v. 20. post *conseruator*. Inſero hic
 epiſtolam, quam olim ad me ſcripſerat Lælius Gui-
 dicionus vir Inl. ad Poefin, & Rhetoricen ambi-
 dexter, inque viride ſeneſta fidus Muſarum cultor.
*Ita res eſt, vti dicebamus (vir quocumque nomine
 præſtantiſſime) Tridentini Patres conueniunt decreto
 prohibitori ſacris adibus concentus articulatos (cre-
 do) permoti tam multis, tam fractis, explicatis, im-
 minutis vocum impreſſionibus, quæ plus nimio di-
 uerſæ traducebantur ad rem Diuinam; diem
 decernendo dixerant, ea die inter ſacra nota adbi-
 bentur, idcirco tranſmiſſæ à Ioanne Aloyſio Præne-
 ſtino Carpenſis Legati iuſſu contra deliberantis, &
 partes Muſicas ſuſtinentis. Hæc pij Patris induſtria,
 caſta, & caſtigata Magiſtri lex ad ſuauiſſimos ex-
 citata concentus, vnanimis que cantorum alacritas,
 & contentio, id omne ſubſidio fuit, id nobis, ſcilicet
 cantando reſtituit rem. Dulcibus enim auditis con-
 quiſtiſſimæ, & æquabilis harmoniæ ſonis, ſtatim
 ſententiæ in contrarium mutantur. Decretum re-
 ſcinditur, res Muſica coaleſcit, & Præneſtino ſemi-
 ne per Chriſtianum orbem mirifice propagatur.*
 Hæc ille Romæ XVII. Kalend. Februar. anno ſal.
 MDCXXXVII. & plura cum Epigrammate, quod
 lucem aſpexit poſt biennium, ſed ne ſim prolixior
 omitto, vocat me Hadrianus Citrarius Præneſtæ
 natus honeſtis parentibus, quem duodennem Ha-
 drianus Caſtellenſis S.R.E. Cardinalis addixit Val-
 liſumbroſæ Congregationi, nomenque dare voluit
 Erat verò Cardinalis ille doctiſſimus, vti produnt
 eius opera. Citrarius tanto duce ſtudijs gnaue in-
 cubuit, inque humanioribus mirifice profecit, ſacrâ
 linguam, Græcamque ad vnquem calluit, vtramque
 profeſſus per decennium Lector fuit, ſeu Doctor il-
 larum

larum

larum linguarum in Monasterio Vallisumbrosæ, inde Romam profectus, cum acri, ac versatili esset ingenio in gratiam aulæ obrepfit, Pontificium diploma elicit, quo Præfectus Generalis Congregationis renūtiatus fuit inuitis patribus, vti retulit Eudoxius Locatellus è m. SS. monumentis, quæ vir Inl. Carolus Thomæ Strozzius Florentinus Patritius transmisit, & licet gradum nullum fecisset ad hunc apicem, & saltu. verum illum antea S. Ioachimi Tucenti, tum Romæ Sanctæ Praxedis Abbatem die circiter 7. Septembris asserunt schedia Sanctæ Praxedis anno nimirum MDLXXXII. præterea hinc die tertia Maij eo anno Generalem in Capitulo fuisse delectum, adduntque Sanctum Carolum s. R. E. Cardinalem Borromæum eo familiariter vsum, vicinis quippe in ædibus habitantem ad Sanctæ Praxedis, eiusque consilium sæpius exquisuisse. Cum autem Hadrianus hic Citrarius nimis despotice se gereret in Magistratu, cunctorum odium incurrit, nec expleto biennio, patrum vniuersorum querelis excitus Pontifex illum Generalatu iussit abire, quo ad triennium vsque fungi pro more debuisset: Itaque omnibus exosus, aliquamdiu extra claustra diuagatus est, elapso sexennio in Sardinia Monasterio Salueneris Abbas è Pontificio Breui præficitur, eoque titulo cohonestatus Romæ triennium exegit, vbi angustia, & mærore potius quam senio contactus occubuit.

Pag. eadem v. 26. post *exornauit*. Operæ quoque pretium est Epiraphium adhuc adtexere, quod legi nuper in Cœnobio Carmelitarum Prænestæ. *Inspector hæc paucula Tibi mutus loquitur silex ex multis, quæ sæculo, & orbi F. Sebastiano Fontono Prænest. Car. fama concinit, qui singulis Religionis suæ*

sua muneribus, & honoribus functus suggesto, & Cathedra toti Italia laudatissimus, prudentia, omnigenaeque virtutis calculo Summo Pontifici Paulo V. probatissimus, sacelli B. V. M. Transpontinae Romae, totiusque huius templi, Cœnobij, & Bibliothecae, quae intus speciosissima visitur, à fundamentis aëctor, ornator, dotator, denique Generalatus culmen anno XII. omnium plausu tenens, ætatis vero suae LXXIII. morte ad meliorem vitam migravit III. Nonas Octobris anno MDCXXIII. Stephanus, & Franciscus nepotes, & Petrus Antonius I. V. D. pronepos patruo benemerenti mœstissimi posuere anno Domini MDCXX. hic è nobili familia Mantuana ortus Patre Stephano, qui Castrucciæ gentis hereditatem, ac Ius patronatus trium Canonicatum è XVII. Ecclesiæ Cathedralis Prænestinæ, cognomenque, ac insignia per Olympiæ nuptias consequutus florentes adhuc reliquit posteros, è quibus Curtius nunc Sebastianus Ordinem Beatæ Mariæ de Carmelo professus Vicarij munus obit Prænestæ, & Historiam patriæ suæ lingua vernacula meditatur, quam, vt pollet ingenio perspicaci, doctrinaque præditus est singulari, ab eo perficiendam suis omnibus numeris propediem confido.


Neque vero prætereundam censeo soli Prænestini feracitatē in producendis marmoribus: intrà Cœnobij Patrum Capuccinorum septa, inque hortodum effoderetur ille antè annos plus minùs quatuor, & eruerentur saxa è monte, cui superstructus est, fuit repertus lapis subfuscus, qui colore referebat Aegyptium, durus, atque lævis, è quo leunculi quatuor tres palmos oblongi sunt excisi, & sculpti, visunturque hinc inde collocati ad sustentandas arcas duas marmoreas sepulcrales, siue


farcophagos in facello varijs, & mirabilibus marmoribus incrustato, quod Gaspar Morellus vir pientissimus è Familia Eminentissimi Cardinalis Barberini, Imagini Thaumaturgæ Sanctissimæ Virginis Dei Genitricis reponendæ, atque colendæ excitavit in Sancti Rocchi, præterea Idolum instar Aegyptij, quod cum vetustis certat, & apud Excellentissimum Principem Prænestinum Bruti caput altum palmos duos, aliæque opera ex eo lapide affabrè facta existant industria, & arte Nicolai Menghini sculptoris eximij, qui Eminentissimum Cardinalem Barberinum Mæcænatem agnoscit, ibique lapididnam existere affirmavit, aliamque Alabastri pellucidi, & Electrini, seu lutei coloris; totus autem mons constare videtur è lapide coloris eburnei duro, atque lævi, è quo capita, seu *προτόμοις*, aut stetharia idem sculpsit Iulij Cæsaris, & Augusti, quæ in] suprascripti Principis Palatio spectare licet. Ioannes insuper Laurentius Berninus Eques ingeniosissimus, & celeberrimus Architectus effinxit illo è lapide Cranium, seu Caluariam, quæ naturam ipsam exsuperat, & pulvinari, quod Heraclio è silice concinnarat, imposuit; Vena est etiam Prænestæ marmoris albi croceo, atque cæruleo coloribus distincti, è quo tabellæ plures exsectæ relatae sunt inter antiqua Eminentissimi Cardinalis Barberini monumenta. Viget alia vena marmoris diuersicoloris, ex qua altare portatile fuit excisum in Palatio Principis: has omnes venas Nicolaus iam laudatus adinuenit.


Coronidem præstantiorem isti Mantissæ haud queam imponere, nobiliorēve addere Colophonem quam petatum è penu instructissimo Illustriss. Abbat

batis









batis, & Equitis Cassiani à Puteo, habet vir immortalitate dignissimus reconditos thesauros antiquorum monumentorum, quos exhibet liberaliter, qua præditus est humanitate. Hos inter sunt XVIII. tabulæ Prænestini Lithostroti, in quibus variæ ferarum, & portentorum animalium effigies, venationum, fluminum, phaselorum, tentoriorum, ædium piscatorum, & militum, Isidisque simulacrorum, graphicè delineatæ, & pictæ figuræ mirum quam afficiant, oblectentque oculos inspicientium. Ex his forsitan opus integrum contexi, sarcirique posset, sicut in Palatio Principis iam coeptum est felicissimè; Sed cum id sit operosum, laboremque prolixum exigat, moliri non sum ausus, neque subijcere oculis omnia, monstrorum præsertim, quæ noua tunc etiam pariebat in dies Africa, persequi singula genera, illa quidem, cum his, quæ Solinus in Polyhistore apprime describit, si conferantur, planè conueniunt, gustus præbendi causa duo ista fragmenta typis hic expressa innecto, synopsisque tabularum.

In prima Tabula spectare datur tres feras è Musiuo compositas, quibus inscriptum Τ Α Μ Ο Ν Ο - Π Α Ρ Δ Α Α Ι fortè Κ Α Μ Ε Λ Ο Π Α Ρ Δ Α Α Ι. In secunda caneros innantes Fluuio, Simias, Hippopotamum, venatores, & in his Mauros, qui vibrant sagittas ex arcubus in Simiam, infrà CΦΙΝΓΙΑ. In tertia Testudines innatantes Fluuio, & feras, quæ deuorant pisces, inscriptumque ΕΝΥΔΡΙC. In quarta aues, fortè Ibides insidentes rupi, quas vorat serpens sinuosa torquens volumina, Simiam, & quadrupedem humana facie, sed caudatam, subtusque ΜΟΝΟΚΕΝΤΑΥΡΑ, tum duo animalia sese

lambentia, vel commordentia, additūque ΟΩΑΝ-
 TEC. Quinta exhibet phaselum, qui remis agitur
 in Flumine rupibus interstincto, in quo milites,
 qui iacula conijciunt in Hippopotamum, quibus
 illum inter vluas, seu Papyros configunt. Sexta,
 Hippopotamum telis confixum natantem, duos-
 que Crocodilos. In septima ΚΡΟΚΟΔΙΛΟΠΑ-
 ΡΔΑΛΙC innat Flumini, hanc agitant Aethiopes
 clypeati, ædes, simulacra Isidis, Aquilæ signum,
 Asino impositum. In octava navis inflato velo ten-
 dit ad turrim rotundam, & ad duas quadratas
 in mare procurrentes, in quibus nidificant volu-
 cres, sagittarius collineans in Hippopotamum. In
 nona Templum ad ripam Fluuij, Obelisci, puteus,
 palma, mulieres vero sertis coronate, homo triden-
 tifer forte Neptunus.

In decima ΠΙΝΟΚΕΡΩC, ΧΟΙΡΟΠΠΙΟΚ, Tem-
 plum cum duabus turribus, & casa, palmæ. In vnde-
 cima vir mulierque hinc discumbunt, inde alij sub
 tegete, quam inumbrat vitis pampinis, & racemis
 onusta ad ripam Fluuij, per quem discurret phaselus
 plenus floribus innascentibus, ex aduerso tres, quo-
 rum alius canit fistula, porrigit alter cornu, seu cya-
 thum, qui desinit in hœdi speciem, tertius indicem
 attollit. In XII. legitur ΚΗΥΙΤΕΝ ΛΕΑΙΝΑ
 CΑΤΟΣ ΤΧΗΧΙCΝΙΕ ΕΦΑΛΟC. In XIII.
 navis visitur, quæ remis agebatur, militibus plena,
 aliæ velis vento inflatis, & funibus intertextis, pha-
 selus in Fluuio, domus, & Casa cum rusticis, cymba,
 flores in Fluuio. In XIV. ΚΡΟΚΟΤΑC, vena-
 tores, ΥΑΒΟΥC in rupe ad Fluuium. In XV.
 ΤΙΓΡΙC ΚΡΟΚΟΔΙΑΟC ΧΕΡCΑΙΟC CΑΤ-
 ΤΥΟΚ. In XV. tentorium, & milites, atque Tem-
 plum

plum, Dux propinans cum cornu, Abacus, Fluius.
In XVII. Sacerdotum processus sub templo, qua-
tuor coronati gestant humeris fercula, cum tym-
panis, tibijsque alij. Anubis statua in Base. XVIII.
Umbella.

In Sanctæ Mariæ Transtyberim Tituio Calliffi
fragmenta sunt duo, quæ Musui Prænestini quidam
suspicati sunt, inserta Basi fornicis dextri ante Apfi-
dem, qua sustentatur Pronaus, & tectum, referunt
illa volucres similes gruibus, & anatibus, forsan
Ibides, tum pegmata, seu podia, & naues, ac lintres
in mari discurrentes, puta phaselos, sed illa perti-
nere ad aliud Musium censent Antiquarij naris
emunctioris.

Habet ille ipse Abbas à Puteo in Gazophylacio
Votorum, & Votiuarum statuarum, ac Icūcularum,
quæ Fortunæ dicari solebant, & Tholo Templi ap-
pendi simulacra fictilia, in his femina pariens cum
infante, inque sella residens, vir sedens crure de-
biliori laborans hydropisi, variaque capita mulie-
rum oculis, aut cephalæalgia ægrotantium, quæ
æri piguit incidere, cum Illustrissimus Episcopus
AEMONIÆ Tomasinus haud ita pridem maximo
cum litteratorum mærore sublatu importuno fa-
to plurima in libro de Donarijs exhibuerit.

Hunc Numum DIVAE FAVSTINAE, cum
PVELLIS ALIMENTARIIS à tergo mihi per huma-
maniter præbuit Antiquitatis indagator sagacissi-
mus Leonardus Augustinus Senensis. En igitur il-
lius Ectypon inserendum libro 1. pag. 60. post alte-
rum Numum.

Ope-



Epist. 11. lib.
4.
Anselm. l. 2.
Vrbs c. 8.
Possid. c. 24.
Vit.

Operarum menda eximere Herculeæ videtur opus esse audaciæ, hoc enim facinus tam arduum est, atque Augiæ stabulum repurgare, tot, ac tantos in errores incidunt Typographi, quique abs illis eduntur libri foedis passim scatent *παραπολιμα*, manum igitur medicam illis corrigendis, & persanandis, quæ irreperunt huic editioni, admouere operæ pretium erit; olim siquidem, dum calamo exararentur Codices, emendari solebant à Viris Clarissimis & Inlustribus, cuiusmodi fuerunt Turcius Rufius Apronianus Asterius. V. C. & Inl. Excomite, Expræf. Vrbi. Patricius, & Conf. ordin. Nicomachus Flavianus V. C. III. Præf. Vrbi; Victotianus V. Inl. & Iulius Constantinus V. C. Cassiodorus ex Senatore Vrbi; Petrus Damiani S. R. E. Cardinalis Episcopus Ostiensis, qui & suos libros à Reuerendis. Episcopis Theodosio Senogalliensi, & Rodolpho Eugubino emendari petit, Sanctus Augustinus Episcopus Hipponensis tantæ viri authoritatis, tantæque doctrinæ. Quidni ergo mihi licebit idem in opere meo moliri, lectorique consulere, ne cespitare cogatur identidem, ut in eam ab eo gratiam, mihi que ipsi faciam satis: Ecce igitur illa.